 num deprecatur: vt sibi veritatem verbi
 huius ostendat. **E**t ecce vidit per totam
 ecclesiam quasi parvulos quosdam pue-
 ros ethiopes tetros discurrere hic atque
 illuc: & velut volitando deferri. **D**oris
 autem est inibi sedentibus cunctis: ab uno
 dici psalmum: ceteris vel audientibus vel
 respondentibus. **D**iscurrentes ergo illi
 ethiopes pueri: singulis quibusque se-
 dentibus alludebant: & sic ybi duobus di-
 gitulis oculos compressissent: statim dor-
 mitabat. **S**i cui vero in os immersissent
 digitum: oscitare eum faciebant. **U**bi ve-
 ro post psalmum ad orandum processissent
 fratres: precurrebant nihilominus singu-
 los & ante alium iacentem in oratione qua-
 si muliez spē ferebāt an aliū q; si edifican-
 tes: aut portantes aliquid diversa queq;
 agētes apparebāt. **E**t quecūq; demones
 quasi ludendo formassent hec orantes illi
 in cordis sui cogitatione versabant. **A**n non
 nullam tamen ybi aliquid horum agere ce-
 pisent. quasi vi quacā repulsi precipites
 deiciebantur ita ut nec stare qđe prorsus
 aut transire iuxta eos auderent: aliū ve-
 ro etiam iſirmis fratribus supra cervices
 & dorsa ludebant: quia non erant in sua
 oratione intenti. **H**ec cum vidiſſet sanct⁹
 Macharius ingemuit grauiter: & lachri-
 mas profundens ad dominum respice-
 bat: ait domine. & ne sileas neq; mitigeris de⁹
Exurge vt dispergantur inimici tui. & fu-
 giant a facie tua: quoniam anima nostra
 repletur illusionibus: **P**ost orationem
 tamen examinande veritatis gratia se-
 oris cuocatis singulis quibusq; fratrib⁹
 āte quoq; faciē yiderat demones diuerso
 habitu. & varijs ymaginib⁹ ludentes. re-

Prima pars.

quirit ab eis si oratione vel edificandi cogitationes habuerint, vel iter agendi vel alia diuersa que ynicuiqz imaginata per demones viderat: et singuli eoz ita confitebant in corde suo fuisse ut ille arguebat et tunc intellectum est. quod oes vane et superflue cogitationes quas vel psalmoz vel orationum tempore ynus quisqz conceperit: ex illusione demonum fiant: ab his autem qui omni custodia seruant cor suum: tetri repelluntur ethiopes. Deo enim coniuncta mens: et in ipsum picipue tempore orationis intenta: nihil alienum, nihil superfluum recipit. Aliud quoqz multo terribilius addebat, quod vidisset eo tempore quo fratres accedebant ad sacramenta. Ubi porrexisse ad suscipiendum palmas, in nonnulloꝝ manibus preuenientes ethiopes carbones deponere, corpus autem quod tradi manibus sacerdotis redire videbatur ad altare: aliis vero quos melioꝝ merita iuuabant, extendentibꝝ manus ad altare, longe recedere demones: et cum ingenti metu effugere: angelum enim domini assistere videbat altari, quod cum sacerdotis manu, suam quoqz manu in sacramentorum distributione exponeret. Et ex hoc iam permanebat ei a deo gratia ista: ut in vigiliis fratum psalmoꝝ et orationis tempore: si quis aliud aliquidcum illusionem demonum in corde cogitasset: agnosceret: et accedentem ad altare, vel dignitates vel merita eius uocaret. Quodam autem tempore ambo Nacharii homines dei cum fratribus cuiusdam videndi gratia iter agerent ascendunt nauigium: quo fluvius transiri solet. In quo nauigio erant simul qdam tribuni viuites homines prepotentes: equos plurimos ac pueros et multa secuz ministeria habentes. Hoc ynus eum videret in ultima nauigii parte ylibus indumentis atqz ad omnia expeditos iacere monachos ait ad eos. Beati estis vos quod huic seculo illudit: nec quicqz ex eo iuris: nisi indumentum ylissimum et parcissimum victimum. Tunc ynus de Nachariis respondit ad eum. Vere quidem ut dicas quod deu sequitur: illu-

dum mudo, sed miseremur vestri. quod yobis econtrario mundus illudit. Huc ille opus super hunc sermonem statim ut peruenit ad domum suam: derelictis omnibus yl distractis que habebat, et pauperibus datis: ipse deum sequi cepit, et ad monachorum exercitia properauit. Sed et multa ut dividimus alia de operibus sancti Nacharii Alexandrini mirabilia seruitur: ex quibus si nulla in libro ecclesiastice histore inserita, qui requirat: inueniet. De sancto Ammone primo nytrie monacho,

Altum sane habi
tationis monasteriorum que sunt in nytria sumptum tradebant ab Ammone quodam: cuius animam cum exisset de corpore vidi ferri ad celum sanctus Antonius sicut resert scripture illa: que vita describit beati Iustonii. Hic igitur animo locupletibus et generosis parentibus natus est: a quibus inuitus ad nuptias cogebar. Et cum ym parentum non posset effugere: accepta virgine cuius intra nuptiales thalamos uenisset: et data, eis essent cubiculi secreta silentia: alioquin puellam de pudicitia et seruanda virginitate cepit hostiari dicens. Quia corruptio sine dubio inuenit et corruptionem, incorruptio vero incorruptionem sperat. Multo melius est ut yterquam nostrum in virginitate perdure: quamvis alter corrumpatur ex altero: Nequiescit virgo, silentio tegitur incorruptionis thesaurus. Cumque plurimo tempore soli dei cotesti testimonia, deo magis essent quam carni et sanguini coiuncti: post obitum parentum: ille egredem ad hunc vicini deserti secedit locum: virgo vero intra domum residens in brevi et ipsa multitudinem virginum, et ille multitudinem monachorum congregatur. Cumque secretius resideret in beremo, adolescentes quidam mori su canis rabidi in rabiem versus est: in multis vicibus catenatis ad eum deducitur: prosequuntibus eum parentibus suis, et rogatisibus proximo. At ille. Quid inquit mihi molesti estis o hoies? Supra merita mea est quod expeditis tamquam hoc yobis indicare possim: quod in mai-

bus vestris ē eius sanitas. Reddite vidue bouē suū quē surati estis: et sanus reddetur vobis filius vester. Ac illi extinuerūt qđem valde. qđ ea qđ in secreto gesta sūt non latuerunt hominē dei: gauisi sūt tamen qđ hanc eis viā salutis ostedit. et sine mora vt reddiderūt direpta orāte homine dei etiā iuueni sanitas redit. **A**lio quoque tēpo re cū venissent ad euз quidā probare vo lens animos ipsoz. dicit doliuз sibi eē ne cessariū: ybi aquaz pro adueniētibus con gregaret. Et cuз polliciti fuissent platuros se: ynu ex ipsiis graue sibi duxit: dices pi clitare posse cameluz suuz: si ei tam graue onus iponere. Et ait ad alteruz. Tu si vis aut potes defer: ego camelō meo parcam ne moriatur. **T**ūc alter ait. Mibi iquit: vt ipse nos sit: camelus nō ē: s̄ asinus. Nūquid qđ camelus portare nō pōt: valet asinus portare? At ille. facio iquit qđ vis: tu vi deris. Ego enī nō interimā camelū meuз. **T**ūc ille. ego iquit ipono asino meo pondus: qđ tu camelō tuo onerosū dicis: et me rita hominis dei faciēt: qđ ipossibile ē esse possibile. Et ita iposuit doliuз asino suo p uexit vloz ad monasteriuз hoīs dei: ita vt nec sentiret asinus se aliquid oneris porta re. Quē vt ydit āmon: benefecisti iquit in asino deserēs doliuз. college enī tui came lus mortu? **E**t regressus iuuenit ita gestū vt predixerat famulus dei. Sed et multa alia qđ eu signa dominus ondit. Nā et fluui um nylū cuз trāstre yellet. et exuere se eru besceret. Virtute dei subito i alterā ripaz trāslatus dicitur. Beatus autem Antoni us in summa ammiratione vite eius iusti tiam: atque animi eius virtutes habuisse memoratur. **D**e sancto Pyamone.

DOn autem mibi vi detur dignuz etiā eius beremi ba bitatores qđ parthenio mari adiacet: et yici na ē oppido qđ diolcho dicitur filētio pte rire. In quo vidimus quēdā pibyterū ad mirabile noīe. Pyamone. totius humilitatis et benignitatis viruz: hñtē etiā reuelati onū gratia. Deniqz cuз quodā tpe dñō sacri

ficia offerret. ydit angelū dei stantē iuxta altare: et ynius cuiusqz monachoz accedē tium ad altare: scribentem nomina i libro quez tenebat in manibus: quo rūdaz tamē nomina nō scribētez. Cumque diligenter obseruasset senior. qui esset quorum no mina non scripsisse: postea qđ sunt cōplēta mysteria. ynuquēqz eoz seorsuz vocans p scrutatur. quid eis i occulto peccati fuisse admisissuz. et iuuenit ex cōfessione eoz ynum quenqz mortalis peccati obnoxiu. **T**unc hortatus est eos agere penitētiā. et semet ipsuz cuз eis anī dominū prosterrens die ac nocte tanqz ipse i eoz peccatis esset obno xijs flebat: et tā diu permāsit cuз eis in luctu et lachrimis et penitētiā. donec itez vi deret eūdē āgelū stātez et scribētez accedē tūz nomina. Et postea qđ omniuz scripsit: tunc etiā illos ex nominibus euocante: atque ad recōciliationē altaris iuitatez. Et yb̄ hec senior ydit: istellexit eoz suscep̄ta esse penitētiā. et sic eos altari tota cuз gra tulatione restituit. **H**unc etiā quodā tēpo re ferebāt a demonibus ita verberatū: vt stare aut moueri omnino dō loco nō posset. Et cuз dies adesset dominica. et res posce ret offerri sacrificiū: iussit se fratrū manib⁹ ad altare portari. **U**bi cuз i oratione iacuis set. astantē cōtinuo ydit āgeluz domini q astare solebat altari: et porrigētez sibi manuz atque elevantem se de terra: et statim dolor omnis ita ab eo discessit. vt solito sa niō reddere. **D**e alio sancto Joanne.

Rat in ipsis locis

Vir scūs ac totius gratie dono re pletus Joānes noīe: i quo rāta erat isolatiōnis gratia. vt quacunque mestitia. quo cunqz tedio oppressa fuisse anima. paucis eius sermonibus alacritate et leticia re pleretur. **S**ed et sanitatum gracia plurima ei a deo donata est. In aliis quoqz cōplū rimis locis egypti. sparsim vidimus sanctos dei virtutes multas et mirabilia fa cientes et gratia dci plenos: sed paucos ex multis memorauimus de omnibus enim explicare supra vires nostras est. Nam de

Prima pars

bis qui in superiore thebaida. id est circa ipsam syenem. habitare dicuntur. auditu solo cōperimus: q̄ bis pene oībus quos vidimus. celsiores illi et magnificenteres habebātur. Accedere vero ad ipsos. p itineris periculū nequium: q̄ suis oīa illa rū partī loca latronib⁹ icurserūt. illa tñ q̄ vltra ciuitatē lyco fūt. etiā barbaros paciunt. Et ideo nullus nobis ad eos accessus fuit: q̄ revera nec eos quos supius memo rauimus: absque periculo vidimus.

Le periculis itineris ad heremos.

Ait in hoc itinere periclitati sum⁹. in octavo autē sicut scriptū ē. nō obtinuit nos malū deo nos i omnibus protegēte. Denique se mel per qui que dies ac noctes icedentes per heremum: siti ac laſitudine periclitati sumus. Alio quoque tēpore icurrimus loca i quib⁹ est cōuallis quedā humorē ex se meti ipsa gignens salis: quē cōtinuo calor solis velut hyemale pruinā in glaciē. ita in salez stringit. et tanq̄ ludes acutas ex ipso sale efficit: atque ita omnia illa exasperantur loca vt nō solū nudos pedes. vt habebamus nos: sed et calciamētis munitos. te rebret ac secet. In his ergo inuēti: magno cū periculo vix eausimus. Tertio cū nibilominus per heremuz pgeremus. icurrim⁹ vallez quandā humorē ex semetipsa simili ter gignetez: sed intra semetipsam euī seruantez: cuius soluz laxū et feriduz ceno repletuz transire cupiētes: vsque ad latera desedim⁹. Cumque pene ibidē in eadē mēgeremur. exclamātes ad dominū: vocem psalmū ptulim⁹: dicētes. Saluū me fac deus qm̄ itrauerūt aque: vsque ad animam meaz. Insicuī sum in limo profudi: et nō ē substātia. Quartū pertulim⁹ i aquis qui busdā. q̄ ex inundatione fluminis nyli remāserāt: i q̄ triduo continuo afflicti. vix euadere potuim⁹. Quintū periculū fuit nobis a latronib⁹ cū secus mare iter pagēmus. q̄ per decē milia passuum in sequentes nos. quos perimere ferro nō potuerāt. pene exanimes reddiderūt per fugā. Sextū

distrimē nobis i ipso flumine nylo fuit: i q̄ nauigātes pene submersi sum⁹. Septimū i stagno qđ maretbse vocabulo appellat. vēto seuiēte i iſulā quādā ciecti sum⁹: bye me grauissima sup nos et tēpestate fluēte Erat enī tēpus q̄ ephiphaniorū dies celebrabant. Octauū autē fuit: q̄ cū ad nytrie monasteria venirem⁹: locū quēdā icidim⁹ i quo reflueo nyli aqua residēs velut stagnū quoddā efficerat: i quo multe bestie. picipue cocodrilli plurimi erāt. Qui cū ad tēperiē solis exsistent. resoluti circa ora stagni iacebat: ita vt ignozātibus nobis mortui videretur. Et cū accederem⁹ ad viden daz mirandāque magnitudincē bestiaruz: quas exanimes putabamus. Continuo vt so nuz peduz senserunt excitate. irruere et se etari nos yebemēter ceperūt. Nos autē magno cū clamore et metu nomen xpī in uocauim⁹ cui⁹ misericordia affuit et bestie que cōtra nos iſurrexerūt. quasi ab āgelo repellente: in stagnū protinus proiecte fuit. Nos autē cursu cōito ad monasteria festia uim⁹ grās agētes deo nostro: q̄ nos dātatis piculis liberauit et tanta nobis oridit mirabilia. Ipi glia et bonoz et pēas et iperū i secula seculoz Amē. Finis vita et uersatio sc̄tōz p̄m egyptōz et q̄ i sc̄tibia et thebaida mozabantur: quēadmodū bēs Hierōim⁹ multo labore consperxit: et relata a fide di gnis audiuit. Et diligenter conscripsit.

Cincipiūt gesta sc̄tōz patrū egyptōz sc̄tibia et thebaide: q̄ beatus Hieronimus autentice conscripta reperit: et e greco su deliter in latinū transtulit. immo etiā ab alijs trāslata i vnu collegit. plog⁹ bti hiero nym⁹ p̄sbyteri i vitā sc̄tī pauli p̄mi herete.

Tater multos sepe dubitatū ē: a quo potissimum monachoz herem⁹ habitari cepta sit. Quidā enī altius repetētes a bīo Helya et Iohae principia sup̄isse dixerūt. quoz et helyas pl⁹ nobis videſ ſuisse q̄z monach⁹. et Iohanes an p̄phetare cepiſſe q̄z nat⁹ eēt. Alij at i quā etiā opinione vulg⁹ omē ſc̄erit. al serūt ātoniū hui⁹ p̄positi caput: qđ ex pte

verū est: Non enim tam ipse aī omnes fuit.
Et ab eo omnium iniciata sunt studia. Atha-
thas vero et macharii discipuli Antonij et quibus
superior corp' magistri sepelivit: etiam nūc
affirmat Paulus quandam thebēum principez
rei istius fuisse: sed non nominis: quā opini-
onē nos quoqz probamus. Nonnulli et
hec et alia prout voluntas tulerit: iactitant.
Subterraneo specu crinitum calcaneote
nus hominem. et multa alia que prosequi
ociosum est: incredibilia singētes: quoqz qz
ipudens mendaciu' fuit: repellēda quidem
eoꝝ sentētia videt. Igitur qz de Antonio tā
greco et romano stilo diligenter memorie
traditū est: pauca de Pauli primo heremita
principio et fine scribere disposui: magis
quia res omissa erat: Et fatus ingenio.
Quomodo autem in media etate vixerit
aut quas sathanē pertulerit iſidias: nul-
libominum compertum habetur. Incipiunt
Vita sancti Pauli primi Heremite.

Sab decio et valeri
ano psecutorib'. quo tempore. Cor-
nelius rome. cyprianus cartaginē felici cry-
ore dānati sunt: mltas apud egyptū et the-
baidam ecclesias tempestas seu popula-
tē voti tunc xpianis erat pro eo noīe gla-
dio percuti. Verum hostis callidus tarda
ad mortē supplitia cōquirrens aīas quere-
batiungulare. nō corpora. Et ut ipse q' ab eo
passus ē Cyprianus ait: volentib' mori: nō
permittebatur occidi. Qui ut crudelitas
notior fiat: duo memorie causa exempla
subiicimus. Perseuerantē i' fide martyre:
et iter ecclēū flāmasqz victorem iussit mel-
le pūgi et sub ardētissimo sole. ligatis post-
terū manib' reponi: scz vt muscarū acut-
leis cederet: qui ignitas sartagles ate supe-
rasser. Aliuz iuuēili etate florente i' amenis:
sūnos hortulos p̄cepit adduci. ibiqz iter cā-
dētia lilia. et rubētes rosas cū leni murmur-
re iuxta serpet riuulus: et molli sibilo arbo-
rū folia vēt' strigeret. sup strāū plumis le-
ctulū resupinari iussit. et ne se ide posset ex-
cutere blādis fertoz nēxib' irretiū relin-
qui. Quo cū recedētib' cunctis mercrīx
speciosa venisser: cepit delicitis stringere

colla oplexib': et qd dicto quoqz scelus ē.
manib' attractare virilia. vt corpe i libidi-
nē occitato se vicitrix ipūdica superiaceret
Quid ageret miles christi aut q' se ferret:
nesciebat. Quē tornēta nō vicerat: ne su-
paret abhominata voluptas. Tādē celiꝝ
spirat'. p̄cīaz mordetis lingua i osculatīs
se faciē expuit: ac sic libidinis sensu' succi-
dens. doloris magnitudo p̄cipuit. Per
idē ergo tēp' q' talia gerebant. apud īferio-
rē thebaidā cū sorore iā viro tradita: post
mortē amboꝝ parētū. ī hereditate locuple-
ti: paulus relict' ē ānorū circiter sedecī. lit-
teris tā grecis et egyptiacis apprime eru-
dit': masueti animi. deū valde amās. Sed
dū psecutiois detonaret p̄cella: i villā re-
motiore et secretiore recessit. Uer. qd pec-
toris humana nō cogis auti sacra fames?
Sororis marit' cepit pdere velle quē ce-
lare debuerat. Nō illū vt assolet vxoris la-
chrime. nō omisio sanguinis. nō spectans
cūcta ex alto de' scelere suo retiocat. Ad-
erat. illabat. crudelitate q̄si pietate vteba-
tur. Qd ybi prudētissim' adolescentē ītelle-
xit. ad mōtiū secreta fugiēs. dū psecutio-
nis finē p̄stolare: et necessitatē i' volūtatem
vertit. ac sic paulati p̄grediēs. rursumqz
tātudē subsistēs. atqz idē sepius faciēs: re-
perit saxosuz mōtē: ad cuius radices baud
grādis spelūca lapide claudebat. Quo re-
moto: vt ē cupiditas hominū audi' oculū
ta cognoscere: animaduertit itus nō grāde
vestibulū. Qd apto desuper celo. parulis
diffusa ramis. yet' palma ḵexerat. fontē
lucidissimū ostendens. tm modo foras ea-
dem ḵtinuo que genuerat terra sorbebat
Erant preterea p extensū montē nō pau-
ca habitacula: in quib' scabre iam scudes
et malei qbus pecunia furtiva signabatur
videbātur. Hunc locū egyptiorū littere fe-
runt furtivā mōtere officinā fuisse: ca tēpe-
state qua cleopatre iunctus Antonius est
Igitur adamato et quasi a deo sibi oblato
habitaculo. omnē ibidē i' orationib' et soli-
tudine duxit etatem: cibum et vestimen-
tum palma prebebat. Quod ne cui im-
possibile videatur: iesum testor et sanctos
angelos eius. in ea parte heremī. que

Prima pars

iuxta syriam sarracenis iūgitur: et vidisse
me monachos et videre: e quibus unus tri
ginta iam per annos clausus. ordeaceū pa
nem manducabat et lutulentā aquā bibe
bat: Alter in cysterne veteri quā gētili ser
mone syri gubra: alias gippū vocāt: quin
qz caricis per singulos dies sustētabatur
Hec icredibilia vidētur his: qui nō credi
derint omnia possibilia esse credentibus:
Sed vt ad id redeā vnde digressus sum:
cum iam cētesimo tertiodécimo etatis sue
anno. beatus Paulus celestē vitā in ter
ris ageret: et nonagenarius ī alia solitudi
ne moraretur Antonius: vt ipse asserere
solebat: hec ī mentē eius cogitatio icidit:
nullū vltra se meliorē monachoz in here
mo cōsedisse: Atqz illi per noctē quiescen
ti reuelatū est: esse aliū interius multo se
meliorē: ad quē videndū deberet propera
re. Illico erūpēt luce: venerabilis senex
īfirmos artus bacculo regente sustentans
cepit ire velle quo nesciebat. Et iam me
dia dies coquente defuper sole feruebat:
nec tamen a cepto itinere deducebatur
vicens. Credo in deum meum: q seruum
sūi quē mibi promisit: ostēdet. Nec plura
bis iterea cōspicatur hominē equo mixtū
cui opinio poetar̄ cētauri vocabulū indi
dit. Quo viso: salutaris ip̄ressione signi ar
mat frontē. Et heus tyro īquit: qua naz in
parte dei seruus hic habitat. At ille barba
rū nescio quid īrendens: et frangēs potius
verba ē proloquens inter horretia ora sa
tis blandū quesuit alloquiū et cū dextre
manus protensione cupitū indicat iter: ac
sic per patentes cāpos volitando transmit
tens se in fugā ex oculis mirantis euanuit
Ucrū hoc vtrū diabolus ad terrendū eū
simulauerit. an: vt solet heremus: monstru
osorū ferat animaliū: istā quoqz gignat
bestiā īcertū habemus. Stupens itaqz
Antonius et de eo quod viderat secū vol
uens. vterius progrediebatur. Nec mo
ra: inter saxosam couallē haud grandē ho
munculū viderat: aduncis naribus: fronte
cornibus asperata: cuius extrema pars co
poris: in capraz pedes desinebat. Ad hoc

spectaculū Antonius: scutū fidei et loricam
spei bonus prelator̄ arripuit: nibilominus
memoratū animal palmar̄ fructus eides
ad viaticū quasi pacis obsides offerebat.
Quo cognito: gradū pressit Antonius: et
quis naz esset interrogans hoc ab eo respō
sum accepit. Mortalis ego sum et unus ex
accolis heremis quos vario delusa errore
gentilitas faunos et satyros et incubos co
lit legatō fungor gregis mei: Precamur
vt pro nobis comūnē dominū depreceris
quē pro salute mundi oliz yenisse cognoui
mus: nā in yniuersam terraz exiuit sonus
eius. Talia eo loquēt: longetus viator
yberty lacrimis faciē rigabat: quas ma
gnitudo leticie indices cordis effuderat:
Haudebat quippe de christi gloria et de
interitu sathanē: simulque ammirans
quod eius posset intelligere sermonem: et
bacculo humuz percutiens: aiebat. Vebi
bi alexandria: que pro deo portenta ve
neraris: veb tibi ciuitas meretrīx: in quā
totius orbis demonia confluxere. Quid
nūc dictura es? Bestie xp̄z loquūtur: et tu
pro deo portēta veneraris. Nec duz: ver
ba compleuerat: et quasi pennigero vola
tu petulcū animal ausfugit: Hoc ne cui ad
incredulitatem scrupulū moueat: sub re
ge Constantio yniuerso mundo teste de
fenditur. Nam ad alexandrīā istiusmodi hō
viuus perductus magnū populo spectacu
lum prebuit: et postea ne cadauer exanime
calore elstatis dissiparetur. sale insulsum
ad Antiochiam vt ab imperatore videre
tur allatum est. Sed vt propositum p
sequar Antonius cepta regiōe pergebat:
ferarum rātū vestigia intuēs et heremis
latam vastitatem: quid ageret. quo verte
ret gradum nesciebat. Jam altera fluxe
rat dies restabat vnu: vt dseri se a xp̄o nō
posse īfideret. Perleueras lecūdas ī ora
tiōib⁹ exigit tenebras: et sub dubia adhuc
luce. nō lōge ītueſ lupaz sitis ardorib⁹ an
helatē: ad radices mōtis irrepe. Quā secu
t⁹ ē occulis et iuxta speluncā sūra abis
set accedens: cepit introspicere nihil curi
ositate proficiente te ebris. arentibus

viiiii. Veruz: vt scriptura ait: perfecta dilectionis foras mittit timore: suspenso gradu et anhelitu tēperato: callidus explorator ingressus est: ac paulatiz p̄grediens sepiusq; subiustens sonū aure captabat. Tandem ḡce noctis horoz procul lumen in tuitus. dñi audius properat: offenso pede lapidez in strepitū concitabat. Post cuius sonitū beatus Paulus hostiū quod patet claudens: sera obscurauit. Tunc vero Antonius pre foribus corruens: vsq; ad sextaz et eo amplius horaz adituz precabatur: dicens. Quis sum. ynde et cur veneris nosti. Scio me nō mereri conspectū tuū: tamen nisi video: nō recedā. Qui bestias suscipis: hominē cur repellis? Quesui et iuueni. Pulsu vt aperiatur mibi. Qd si nō ī petro. hic moziar ante postes tuos. certe se pelies vel cadauer meū. Talia perstabant memoraz: fixusq; manebat. Ad quē respōsum Paulus ita reddidit. Heros. Nemo sic petit ut minetur. Nemo cum lachrimis calumniam facit: et minaris si non recipias te. cum moriturus adueneris. Sic arridēs patefecit ingressum. Quo aperto. dum in mutuos miscerētur amplexus: propriis se salutare ceperunt nominibus. gratie domino in cōmune ab eis referūtur. Et post sanctum osculum: residens Paulus cum Antonio. ita exorsus est. En quē tāto labore quesisti: putribus senectute membris operit tinctula canicies. En yides hominē in puluerem mox futurum. Verum quia caritas omnia sustinet: narra mibi queso quonodo sese hominum genus habeat. an in antiquis yrbib⁹ noua recta consurgant quo mūdus regatur imperio. an supersint aliqui qui demonum errore decipiuntur. Inter has sermocinationes suspiciunt alienum coruum in ramo arboris consedisse. Qui inde leniter subuolās: integrum parente mirantiū ora depositus. Post eius abscessum eya inquit Paulus. dominus nobis prandium misit. Verc pius vere misericors. Sexaginta iam anni sunt q̄ dimidiū semper panis fragmenta acceperit. Verum ad aduentum tuum militibus suis

christ⁹ duplicauit annam. Igitur in deum gratiarum actione celebrata: super nitrei fontis marginem yterque consedit. Vinc vero quis frangeret panem aborta contentio: pene diem duxit in vesperum. Paulus more cogebat hospitii. Antonius iure resellebat etatis. Tandem consiliū fuit ut apprehenso e regione pane: duz ad se quisque nititur: pars sua remansit in manibus. Dehinc paululum aque proni in fonte oze libarunt: et immolantes deo sacrificium laudis: noctem transegerē vigilius. Num que iam esset terris redditus dies: beatus Paulus ad Antoniuū sic locutus est. Oli te frater in istis regionibus habitare sciebam: olim conseruum meum mibi promiserat dominus. Sed quia iam dormitionis tempus aduenit. et quod semper cupieram distoliū et esse cum christo: peracto cursu. superest mibi corona iustitiae. tu missus a domino es. qui humo corpusculum tegas: immo terraz terre reedas. His Antonius auditis: flens et gemens ne se desereret. atq; ut comitez talis itineris acciperet: precatatur. Et ille. Non debes inquit querere que tua sunt: sed que aliena. Expedit quidem tibi sarcina carnis abiecta agnum sequi: sed et ceteris expedit fratribus. ut tuo adhuc instituantur exemplo. Oorbem p̄ge queso. nisi molestum est: et palliū quod tibi Athanasius episcopus dedit. ad obuendum corpusculum meum defer hoc. Hoc autem beatus Paulus rogauit. non q̄ magnopere curaret. ytrum tectum pretresceret cadauer an nuduz: quippe qui tāti temporis spatio contextis palmarum foliis yestiebatur: sed ut a se recessenti: meror sue mortis alleuiaretur. Stupefactus Antonius qd de athanasio et de pallio eius audierat. quasi christum in Paulo videns. et in pectorē eius duz venerans vltra respondere nihil ausus est: sed cum silentio lachrimans. exosculatis eius oculis manibusque. ad monasteriuū quod postea a sarracenis occupatum est: regrediebatur. Neque vero gressus sequebantur animum: sed cum corpus inane ieunius seni-

Prima pars

les etiam animi frangerent animo vincebat etatem. Tandem defatigatus et anhelans ad habitaculum suum: confessio itineris peruenit. Qui cu[m] duo discipuli qui ei iam longeuo ministrare ceperant occurrisset: dicentes. **Ubi tam diu moratus es pater?** respondit. **Ueb mibi peccatori: qui falsus monachi nomen fero.** **Uidi belyam et Jo-**annem in deserto: et vere in paradiſo. **Pau-**lum vidi. Ac sic ore compreſſo: et manu verberans peccato[r]: a cellula pallium protulit. Rogantibusq[ue] discipulis ut plenius quid nam esset rei exponeret: ait. **Tempus lo-**quendi et tempus tacendi. Tunc egressus foras: et nec modicum quide cibi sumens: per viam qua venerat: regrediebatur. Il- lum sciens illum videre desiderans illum oculis ac mente complectens: timebat enim quod euenit: ne se absente debitum Christo spiritum redderet. Cum iam dies illuxisset alia: et trium horarum spatio iter remaneret: vidi inter angelorum cateruas: et in ter prophetarum et apostolorum choros: niueo Paulum sandore fulgentem in sublime coſcedere. Et statim in facie procidens fabulum capiti suo superiacebat: plorans atque ciuilans. **Cur me inquit Pau-**le dimittis? **Cur abis insalutatus?** Lam tarde nos? Cito recedis? Referebatq[ue] postea beatus Antonius tanta se velocitate quod reliquum erat vie cucuruisse: ut ad instar avis preuolaret. Nec immerito Nam introgressus speluncam vidi genu bus complicatis erecta ceruice: extensisq[ue] manibus in altum corpus exanime: ac prium et ipse vivere eum credens pariter orabat. Postq[ue] vero nulla ut solebat suspiria precantis audiuit in flebile osculuz ruens: intellexit q[uod] etiam cadauer sancti viri deum cui omnia vivunt: officio gestus p[ro]curetur. **G**igitur obuoluto et plato foras corpor[em]: psalmis quoq[ue] ex christiana traditione catatis: costristabatur Antonius q[uod] sarculum quo terram foderet non habebat. Fluctus angario mentis estu et secum multa replicans. Si ad monasterium reuertar. qua tridui iter est: sib[ic] mane nihil ultra pro-

ficiā. Poriar ergo vt dignus est: iurta belatorē tuū Christi rues extremū alii fundā: Talia eo aīo voluēte. ecce leones duo exterioris heremi parte cōcurrētes: volantibus q[uod] colla iubis ferebant. Quibus aspectis: primo exhorruit: rursusq[ue] ad deum mētem referens: quasi columbas videret māſit intrepidus. Et illi qdem directo cursu ad cadauer beati senie substiterūt: ad latibusq[ue] caudis circa eius pedes accubere. fremitu īgēti rugiētes. proſis ut itel ligeret eos plangere quo poterāt. Deinde haud p[ro]cul ceperūt humū pedibus scabere: barenaq[ue] certatiz egerentes. vni[us] ho- minis capacē locū effodere: et statim quasi mercedē p[ro] ope postulaturi: cū motu auri uzceruice deiecta ad Antoniū prexerūt. manū eius pedesq[ue] lingētes: ut ille aīaduerteret b[ea]titudinē eos a se dep̄cari. Nec mora in laudatione Christi effusus: q[uod] eis muta quoq[ue] animalia sentirent: ait. Domine sine cuius nutu nec foliū arboris defluit nec vnu passer ad terrā cadit: da illis si- cut tu scis. Et manu annuēsy abiretūt: pavuit. Cumq[ue] illi recessissent sancti corpo-ris oneri seniles curuauit humeros: et de- posito eo in fossā: desup humū cōgregans tumulum ex more cōposuit. Postq[ue] autē dies illuxerat alia: ne qd pius heres ex in- testatis bonis nō possideret: tunica ei sibi vendicauit. quā ī sportaz modū de palme foliis sibi iste atexuerat. Ac sic ad mōaste-rium reuersus discipulis ex ordine cuncta replicauit: diebusq[ue] solennibus pasce vel penthecostes semp Pauli tunica vestit[ur]. **L**ibet ī fine opusculi interrogare eos q[uod] patrimonia sua ignorant: q[uod] domos mar- moribus vestiunt: qui uno lino villarum insiunt predia huic seni nudo quid vñq[ue] defuerit. Vlos ex gemma bibitis ille vero cauis manibus satisfecit nature! Vlos in tunicis aurum textis: ille nec vilissimi g[ra]dem vestri mācipii indumentum habuit. Sed econtrario illi pauperculo paradifus patet. vos auratos gehenna suscipiet. Ille christi vestem licet nudus seruauit: vos vestiti sericis. indumentum Christiperdi

distis. **P**aulus vissimo operius puluere iacet resurrecturus i gloriam: vos opero sis laxis sepulchra premunt. cū vestris opibus fortassis arsuros. Parcite queso vos peccate saltē diuitias quas amatis. **C**ur mortuos vestros auratis obuoluitis vestib⁹? **C**ur ambitione iter luctus lachrimasq; non cessat? An cadaueria diuituz, nisi in serico putrefacere nesciunt? **O**bsecro q̄cunq; bec legeris: vt hieronimi peccatoris memineris: cui si dñs optionē daret: multomagis eligeret tunica **P**auli cum meritis eius.

q; regum purpuras cum regnis suis.
Finit vita beati **P**auli primi heremite.

Incepit plogus **E**uagri presbyteri ad

Innocētū ep̄m i vitā b̄ti antonij abbatis

Resbyter **E**uagri
Innocentio carissimo filio in dñō salutem. **E**x alia in aliā lingua ad verbū expressa translatio sensus operit: vt veluti letum gramen sata strāgulat. **D**ū eīz casib⁹ & figuris seruit oratio. qd breui poterat indicari sermone: lōgo abītu circuacta vix explicat. **D**oc igitur ego vitā vitā beati Antonii te p̄tēte trāspouit: ita vt nihil desit ex sēsu cū aliquid desit ex verbis. Alii syllabas aucepunt & lrās: eu q̄rē sētētiam

Incepit prefatio Athanasii episcopi in

vitā sancti Antonii monachi.

Athanasius episco
p⁹ ad pegrinos monachos. Opti
mūz frātres iniustis certamē. aut eq̄ri egyp
tius monachis. aut superare nitētes vir
tutis instantia. **E**t enī apud vos iam plurū
ma sunt monasteria. monachoz quoq; no
men ē celebre: & hāc voluntatē nostrā iuste
qsz mirabil. orātibusq; nobis optatū de
tribuet effectū. **Q**m̄ i gr̄ exegistis a me. vt
vobis scriberē de querentiō b̄ti Antonii.
volētibus discere quēadmodū cepit: q̄ve
fuerit aī sanctum p̄positū: qualē etiā ha
buerit terminū vite. t̄si vera sunt ea: que
de ipso fama dispersit. ut ad eius emulatio
nem atq; exemplū vos instituere possitis
magna cū letitia suscepi vestre caritatis

impī. **E**t mihi enī ingens lucrū est atq; vtilitas. hoc ip̄z quod recordor Antoniu
& vos cīl admiratione audiētes lōcio eius p
positū cupe sectari. perfecta ē sigdē ad vir
tuē via: antoniu scire q̄s fuerit. Ergo vt
breuē dicā. ex omnibus qui de eo referē
tuū sermo factauit: credite. & minima vos
existimate audisse de maximis: q̄r n̄ ambi
go nec eos omnia potuisse cognoscere: cū &
ego rogatus a vobis quātacūq; p eplām
significauero. nō equalia sim eius meritis
narraturus. **S**ed & vos oēs hinc nauigā
tes studiose p̄cūtamini q̄ singulis que no
runt referentibus: cōgrua dignaq; tanti
nominis relatio cōpleatur: disponebā ita
q; p̄ lectionē litteraz vestrāz aliquos
ad me monachos iuitare. & maxime eos q̄
crebro ad eū ire cōsueuerant: vt plenius
aliquid addiscens: munera vobis maiora
trāsmitterē. **S**z qm̄ & nauigationis tpa la
bebant & litteraz portitor vebemētissime
festinabat: ideo ea q̄ & ipse nouerā: frequē
ter enī cū visitauit: & q̄ ab eo didici qui ad
prebendā ei aquā nō paululū t̄pis cū co fe
cit: dilectiō vestre idicare p̄perauit. vtro
bique curā veritatis habēs. vt neq; plus
aliquis audiēs miraculoz cōgestionē nō
credan: nec rursus meritis eius īferiora
cognoscēs. nō putet dignū esse miraculo
p̄tanti nōis viro. **E**xplīcīt prologus.

Incepit vita sancti Antonii abbatis ab atha
nasio episcopo alexandrino cōscripta. **E**t
ab **E**uagrio p̄sbytero e greco i latinū trā
lata atq; a btō Hieronymo huic libro ista

Thīlīb⁹ religiosisq; parētib⁹ nat⁹ in
egypto orūndus fuit: tāta suoz & sua nutri
& cura: vt nībil aliud p̄ter pētes domūq; cognosceret. **E**t cū iā puer eēt nō se littre
ris erudit: nō īptis īfātū īīgi passus ē fa
bulis: s; dī dīsiderio flagrās s; qd scriptū ē
īnocētē hitabat domi. **A**d ecclā qz cū
parētib⁹ sepe ouenīs: nec īfātū lascivias:
nec pueroz negligētū sectabat: s; tm̄ ea q̄
legebāt auscultās: vtilitatē p̄ceptoz vite
īstitutōe fuabat: n̄ suis: vt solet illa etas i-

Prima pars.

curiosus p variis & delicatis cibis vnḡ te
dio fuit: non esce molioris blandimenta
sectatus est: his solum que dabantur con-
tentus: nihil amplius & requisivit. Post
mortem autem parentū annorum circiter
decem & octo seu viginti cū sorore admo-
duz paruula derelictus est: & domus & so-
rozis honestam curam gerebat. Nec duz
vero sex fluxerant menses. quibus ad ec-
clesiam: vt solebat accurrens: recordaba-
tur quomodo & apostoli omnibus spretis
secuti fuissent salvatores: & multi: vt legi-
tur in actibus apostolorum: facultatibus
suis venditis. precia ad pedes eorum de-
tulissent egentibus partiēda que ve aut
quanta spes isdem reposita esset in celis.
Talia secum voluens intravit ecclesiam:
& accidit vt tunc euangelium legeretur: i
quo dominus dicit ad diuitē. Si vis pse-
ctus esse vade vnde omnia tua quecūqz
babes: & da pauperibus & yeni & sequere
me: & habebis thesauruz in celo. Quo au-
dito. quasi diuinitus buiusmodi ante me-
moriā concepisset: & veluti ppter se hec
eis et scriptura recitata: ad se dominicum
traxit imperium. statimqz egressus posse
sionem quam habebat dimisit. Rure au-
tem erant trecentē ingeres valde op̄i-
mi quos vicinis largitus est: ne in aliquo
aut sibi aut sorori molestia gigneretur. Ce-
tera vero que in mobilibus possidebar.
vniuersa vendidit. & aggregato non exi-
guo precio indigentibus dedit. paruis ob-
sororem reseruatis: que & sexu & etate vi-
debatur infirmior. Kursus autem ec-
clesiam ingressus. cum audisset dominuz
in euangelio dicentem. nolite cogitare d
crastino. relictā quoqz portione p paupibz
distribuit: neqz se versari passus est domi:
sed sorore fidelibus ac notis virginibus
comendata: vt ad earum nutriretur ex-
emplum: ipse iam omnibus seculi vincu-
lis liber: aperum atque arduum arripuit
institutum. Nec dum autem tam cre-
bra erant in egypto monasteria: neque
omnino quisqz auiam solitudinem no-
uerat et quicunque in christi seruitute

sibi metip̄i prodeesse cupiebat: non lon-
ge a sua viliula separatus instituebatur.
Erat igitur in agello vicino senex qdā
vitam solitariam a prima sectatus etate:
hunc Antonius cum vidisset: emulatus
est ad bonum. Et primo quidem incipiēs
etiam ipse in locis paululum a villa remo-
tioribus manebat: ex inde autem si quem
vigilatē i hoc studio compererat: pcedēs
querebat vt apis prudentissima. nec ad
habitaculū suū ante remeabat. nisi eius
quem cupiebat: frueretur aspectibus. & sic
tanqz munere mellis accepto. abibat ad
sua tali ibidē institutus exordio. Cumqz per
dies singulos ita animum roboret: vt
nec opū paternaz. nec suoz meminisset
affinium: oē etiā desideriuz & sollicitudinē
erga id qd̄ ceperat: exercebat. opabatur
manibus suis sciens scriptū esse. q nō ope-
tur non manducet. Mercede sane ope-
ris sui precio panis excepto: egentibus
largebatur. Drabat frequenter: quip/
pe qui vidicerat q̄ oportet sine inter-
missione. dominum rogare. Auditioni
etiam scripturarum ita studium cōmenda-
bat: ut nihil ex eius animo laberetur: sed
vniuersa domini precepta custodiens me-
moriā pro libris haberet. Sic suam vi-
tam instituens: ab vniuersis fratribus pu-
ro diligebatur affectu. & omnibz ad quos
spirituali studio discendi pergebat: obedieſ
proprias singulorum gratias hauriebat:
huius continentiam. iocunditatem illius
sectabatur. istius lenitatem. illius uigilias
alterius legendi emulabatur industriam.
Iustum ieunantez: illum humi quiescentē
mirabatur. Alterius patientiam: alterius
mansuetudinem predicabat. Omnia
quoque uicariā erga se retinens caritatē
atqz vniuersis virtutuz partibus irrigat:
ad sedē propriā regrediebatur. Ibi secum
vniuersa pertractans: omnī in se bona ni-
tebatur exprimere. Neque vō aduersum
coeuos aliquando mouebatur: sed ea in
flāma egregio viro crescebat in pectore:
ne secundus cuiqz in predictis operibus
inueniretur. Et hoc ita faciebat. ut cum

ic cupiebat: non ha-
ratus influuerat:
gello vicino fener: si
puma fecerat eis:
um videlicet: crudel-
pum quidem incep-
tus paululum a villa ex-
e: ex inde autem que-
dio compreverat: pia-
o prudenter: re-
ante remebarat: nol-
frueretur abscondi-
ellis accepto: abdu-
citus exodio: Longe
a animum robore:
ap: nec suop meni-
desiderius: soluta-
rat: exercere: ego
iens scripturam: qui
acc: Mercede: am-
ans excepto: ego
habab frequenter:
ut si oportere in
num rogar: Quan-
rum ita studium con-
eius animo laberet:
ni precepta custodi-
oris haberet: Sic car-
ab vniuersis fractio-
affectu: commis-
silcendi pergebat:
lorum gratas bar-
iat: incundit: in
di emulabatur in-
tez: illum bunt que-
terus patientiam:
ni predicabat: Om-
i erga se retinens ex-
pirtutus: partibus re-
regrediebatur: Poi-
ctans omittit in cho-
re: Neque bo alve-
do mouebatur: et
pipo crecibat in per-
tig: in predictis spes-
t: hoc ita faciebat:

omnes gloria anteiret omnibus tamē ca-
rus esset. **N**ā tū vicini monachī ad quos se-
pe veniebat. Antoniū videntes deicolas
nuncupabant: id ultisq nature vocabulis
quidā ut filiū: aliū ut fratrem diligebant.
Dū hoc gereret Antonius: quibus oīuz
in se prouocaret affectū: inimicus nominis
xpiani diabolus: ipacienter serens tātas
adolescēte virtute: veteranis eū aggres-
sus est fraudibus: t primo quidē tēptans:
si quo modo posset ab arrepto eū instituto
detrahere. **I**mmitebat ei memoria posses-
sionū: sororū desensionē: generis nobilita-
tem: amorē rez: fluxā seculi gloriā: ecce ya-
riaz delectationē: t reliqua vite remissio-
ris blandimenta: postremo virtutis arduū
finē: t maximū perueniēdi labore: necnon
corporis fragilitatem: suggestebat t etatis
spatia prolixā: proslus maximā ei cogita-
tionū caliginē suscitabat: volēs eū a recto
pposito reuocare. **P**ostq aut̄ diabolus
oratiōib ei ad deū p passionis fidē se itel
lexit elidi: consueta aduersum omnes ado-
lescentes arma arripiens: nocturnis eū in
quietabat illecebribus. **P**er dies etiam tam
apertis in eū telis irruerat: vt nullus am-
bigeret: quin antonius contra diabolum
dimicaret. **N**am t ille cogitationes sordi-
das conabatur iſerere: t hic eas oratu sub
mouebat assiduo. **I**lle titillabat sensus na-
turali carnis ardore: hic vigiliis t ieuniis
corpus omne vallabat. **I**lle per noctes in
pulchre mulieris vertebatur ornatiū: nul-
la omittens figmenta lasciuie: hic vltices
gebenne flamas: t dolorē vermis recor-
dās: igeste sibi libidini opponebat. **I**lle lu-
bricū adolescentie iter t ad ruinā facile pp-
ponebat: hic eterna futuri iudicii tormenta
considerans: illesam anime puritatem per
tēptamenta seruabat. **I**sta autē omnia ad
confusionē diaboli siebant: **Q**ui enim si
milē se deo fieri posse existimabat: nūc ab
adolescēte ut miserrimus vincebatur: t q
contra carnē t sanguinē sciebat: ab ho-
mine qui carnē portabat: elisus est. **A**du-
uabat enī seruū suū dominus: qui nostri
gratia carnē suscipiens: victoriam corpori

contra diabolum largitus est: vt singulis
ita certantibus apostolicum licet profer-
re sermonem: non ego autē sed gratia dei
meū. **P**ostremo cū nec hoc argumento
destruere posset Antoniū draco deterri-
mus: t videret se semper ab eius cogitati-
onibus superari: secundū quod scriptū est:
stridens dentibus t exulans: qualis est
merito: talis apparebat t vultus: puer hor-
ridus atq niger: ad eius se genua prouolu-
ens: humana voce deslebat dicens. **M**ul-
tos seduxi plurimos decepi: nunc autē vt
a ceteris sanctis: ita t tuo sum labore pro-
stratus. **Q**uē cuī interrogasset Antonius
quisnā esset: qui talia loqueretur: ait. **E**go
sum fornicationis amicus: ego multimoda
turpitudinis aduersus adolescentes arma
suscepī: hinc t spiritus fornicationis vocor
Quantos pudice viuere disponentes fe-
felli: quot tenuiter incipientes ad fortes
pristinas redire persuasi. **E**go sum propter
quē propheta lapsos increpat dicens. **S**pi-
ritu fornicationis seducti es: t reuera p
me illi fuerant supplantati. **E**go sum qui
te ipsum sepe temptau: **E**t semper re-
pulsus sum: cum hoc christi miles audis-
set: gratias agens deo: t largoze aduersus
inimicū: foratus audacia: ait. **M**ul-
tū ergo despabilis: multūq tēptus es:
nā t obscuritas tua t etas infirmaz signa
sunt rerū. Nulla mibi iā de te cura est. **D**ns
mibi auxiliator est: t ego exultabo super
inimicos meos. **E**t statim ad vocē canētis
fantasma quod videbatur: euauit. **H**ec
aut̄ Antonii t̄ra diabolū fuit prima victo-
ria: uno virtusi Antonio saluatoris: qui
peccatū ī carne dēnauit: vt iustificatio le-
gis ī nobis cōpleretur: qz nō secūdū carnē
ambulamus: sed secūdū spiritū. **S**ed neqz
Antonio vincēdi securitatē dedit unus tri-
umphus nec diaboli semel fracte defecere
vires. **N**am t iste vt leo rugiēs querebat
aditū: p quē posset irrūpere: t ille scriptu-
raz doctus eloquio: nō ignorabat multas
esse demonū captiōes. **P**ropter qd sollerti
ppositi labore seruabat: cōsiderans: quia
posset satanas in carnis collectatione su-

Drumia pars

peratus: nouaz aduersus se artiu[m] machi[n]as cōmouere. Idecirco magis ac magis subiugabat corpus suu[m]: ne vincens alia: in aliis vinceretur. Di[sc]ponens igitur duriori se v[er]e lege cōstringere: cu[m] omnes infatigabile adolescentis miraretur instantia sancti toleranter ferebat labore: quia voluntarie seruituris longo in dei opere studio consuetudine in natura vertebat. In die autem et vigiliari intantu[m] paciens erat: vt plus saceret q[uod] ab ylo per illu[m] posse fieri crederetur. Pernoctabat in oratione sepiissime: edebat semel in die post solis occasum. Nō nunq[ue] biduo triduoq[ue] sic per manens: ut vix quarta denum die cibu[m] uelle accipere. Summebat vero panem et salem: potumq[ue] aque paruum. de carnisbus vero et ymo tacere melius puto: q[uod] quicq[ue] dicere. q[uod] nec apud plurimos qui de monachorum istiusmodi esse in usu habebantur. Quietu[m] autem sic membra cedens. vt iuncto cōtexto atq[ue] cilitio vteatur. Nonnunq[ue] etiā super nudum humi iacens: sine stramine permanebat: vnguentu[m] penitus repudians. Dicebat enim minime posse videntium: et precipue iuuenium corpora roborari: si olei essent perunctio[n]e mollita: oportere vero asperos carni labores iperare: secundu[m] apostoli preceptu[m] dicentis: quādo iſfirmor: tunc fortior sum. Asserebatq[ue] sensum animi sic posse reuincere: si corporis fuissent ipetus fatigati. Unde nec tēpoz longitudine laboz merita p[re]sabat: sed amore et famulatu[m] sp[irit]ual[em] semper tāq[ue] i principiis constitutus: ad profectū diuini metus desideriu[m] concitabat. Nouisq[ue] cupiens augere preterita: supra memorati doctoris sermonu[m] recordabatur: qui ait. Preterita obliuiscere: et i futuru[m] conualescens. Meminerat quoq[ue] helye prophete dicentis: vniuit dñs cui adsto b[ea]tus ante ipsum: et disserebat cur b[ea]tus esset appositu[m]: quia nō cōputabat helyas preteritu[m] tēpus: sed tāq[ue] quotidiane i certamine constitutus: talē se prebere cupiebat: qualē sciebat dignu[m] dei esse cōspectibus:

puz corde: et paratu[m] obedire voluntati ei[us].
Igitur sanctus Antonius secū reputa[us] oportere dei famuluz ex instituto magni helye exemplum capere: et ad illud speculū vitam suam debere componere: ad sepulchra longe a villa constituta secessit. yni de cognatis mandans: vt statutis diebus sibi alimenta deferret. Et cum in yna memoria supradictus frater euz clausisset: solus ibidez morabatur. Detuens ergo diabolus ne accessiu[m] temporis heremum quoq[ue] habitari faceret: ita cum aggregatis latellitibus suis: varia cede lacerauit: vt doloris magnitudo: et motu auferret et vocez. Nam et ipse postea referebat vulnera suis tam grauia: vt yniuersa hominum tormenta superarent: sed dei prouidētia: que nunq[ue] in se speranibus deest: conservauit eum. Alio die is quem supra diximus frater aduenit cibos deferens quos ei deferre consueuerat: atq[ue] eum iacentem in terra semi mortuum: fractis foribus inuenit. Quem impositum bumeris: ad villule domicilium reportauit. Quo auditu: ingenio vicinorum atq[ue] affinium multitudine currens: tristi in medio positio funeri debitu[m] reddebat officiu[m]. Et iam media noctis parte transgressa: cum iam oportunus et gratus peruigiles omnium oculos vicebat sopor. Antonius anima paululuz redeunte: suspiras elevauit caput: ceteris vero alta quiete pstratis: cu[m] a quo delatus fuerat vigilare aspergit: tūq[ue] nutu aduocās: obsecravit ut nullo penitū excitato ad priuatum se referret h[ab]itaculū. Relat ergo iuxta cōsuetudinem solus itez permanebat: et stare qdē ppter recetes plagas nō poterat: oras vero pstrat: post orationē clara voce dicebat. Ecce adsum ego Antonius: nō fugio yra certamina: etiā si maiora faciat: nullus me separabit a caritate xpi. Psallebatq[ue] dices. Si cōsistat aduersus me castra: nō timebit cor meū. Talia eo dicente bonoz hostis diabolus ammirat: q[uod] post tot verbera ausus fuisset reuerti: congregatis canibus suis: et proprio furore se

i obediens voluntatis
 Antonius secū regnū
 dūz et infuso magis
 apere et ad illud penit
 re componebas
 constituta scelis pro
 se: ye statuus pietatis
 Et cum in via me
 ator eus clausificat
 r. Menens ergo de
 impos bermus qu
 ita cum aggregatis
 a cede laceratur
 motum austererū
 ea referebat vuln
 et rynuersa homini
 nūlē dei poniātis
 ambus dectū confusa
 quem supra dēmō
 os referens quose nū
 atus cum acutis
 fractis fendois vnu
 m humeris ad vñlē
 aut. Quo audierat
 affinum mulierē
 medio posito fure
 fūcūs. Etiam medi
 presfaccum iam oper
 ales omnium oculis
 nūs anima paulatim
 cuauit caput ceteros
 atis et a quo oculi
 extinguit nū satis
 illo penitentia ex
 habitaculo. Rerū
 ē solus iterū puer
 recētes plaga si p
 strat⁹ poli oratione
 ecce adiūt⁹ eis
 amminat⁹ in miseri
 eparabit a ceteris
 es. Si sisīt adūt⁹
 or mīlū. Lata et nū
 polus amminat⁹ et
 suis fūstis reuenit
 et proprie fūsū

ductis tenebris radium ad se lucis īsue
 re. Post cuius splendoris aduentum: nec
 demonū aliquis apparuit. et corporis do
 lor exemplo deletus est. Edificiū quoqz
 quod pauloante dissolutus fuerat: instau
 ratum est. Illico presentiam domini intel
 lexit Antonius et ex imo pectore trahens
 longa suspiria ad visionē que ei apparue
 rat. loquebatur dicens. Ubi eras bone ie
 suvbi eras: Quare non a principio assui
 sti: vt sanarea vulnera mca: Et vox ad
 eum facta est. Antoni hic eram. sed expe
 ctabam videre certamen tuū. Nunc au
 tem quia dimicando viriliter non cessisti
 semper auxiliabor tibi. et faciat te in omni
 orbe nominari. his auditis. exurgens intā
 tuz roboratus orabat. vt intelligeret pl⁹
 se receplisse tunc virium qz ante perdide
 rat. Erat autē tunc Antonius annoz tri
 gintaquinqz. Ex hinc cū voluntati prom
 te merita religiosa succrescerent: vadens
 ad supradictum senem: precebatur vt in
 deserto pariter habitarent. Causante illo
 senile euum. et rei nouitatē. solus cōtendit
 ad montē et heremī adhuc monachis igno
 te vite. rupto metu viam conatus est pan
 dere. Qz nec tūc cessauit malign⁹ aduer
 sarius. nam impedire eius ppositū volēs
 argenteum discum in itinere proiec̄it:
 Quo viso Antoni⁹ callidi artificis cogno
 uit astutia m: stansqz intrepidus. et discuz
 toris intuens oculis. doli auctorez in san
 casinate obiurgabat argenti. talia secuz re
 putans. Unde hic in deserto discus ani
 um hoc iter est: nulla sunt vestigia comme
 antium. lapsus de sarcina pre magnitudinē
 ne latere non potuit: sed et qui perdidera
 reuersus ob solitudinem locorum. inuenis
 set profecto quod ruerat. Hoc artificium
 diabole tuum est. non impedes voluntate
 tem meā: argentū tuū tecū sit in perdi
 tionē. Hoc illo dicente: discus ut sumus a
 facie ignis euauit. Dchine nō vt āte ī san
 casinate: sed īgētē auri massā ī itinere spe
 xit. Uz hāc vtrū diabol⁹ attulerit: an ad
 Antoniū cōprobandū: quia nec veris opib⁹
 bus ītestare ē. virt⁹ celestis ostēderit: igno

Prima pars.

tatur. hoc tñ agnouim⁹: quia quod visum
ē aurū fuit. At ille magnitudinē admiratus
radiatis metalli. rapido cursu q̄si quoddā
vitaret incendiū: ad montem vsq; perexit
ibi flumine transuidato. inuenit castelluz
desertum. plenū ob temp⁹ & solitudinem
venenatorum animalium: in quo se con-
stituens nou⁹ hospes habitauit: Statq;
ad eius aduentum ingens turba serpen-
tiuz: quasi persecutore passa profugit. At
ille obstructo lapidib⁹ itroitu. panes men-
sium sex ut thebeis mos est: secū recūdēs
nam crebro p annūz incorrupti durare so-
lent: nec nō & exigū habens aque solita-
rius perdurabat: nūcq; inde procedens:
nunquam aliquem suscipiens intantum
ut cum bis in anno per tectum desuper
panes acciperet. nullum cum deferenti-
bus haberet alloquium. Multis igitur
videndi eū desiderio & studio requirendi.
ante ostiū eius per noctūtibus: audieban⁹
ut yulgi voces aduersuz Antoniū. tumul-
tusque dicentiu. Quid te nostris ingeris
habitaculis. Quid tibi & deserto. Abscede
a finibus alienis. non potes nostras insidi-
as sustinere. Et primo quidē g foris erant
existimabant aliquos homines scalis positi
tis introisse: ibique cōtendere. Postq; au-
tez per cavernā intrōspicītes nulluz vide-
runt: demones cōtra euz itelleixerunt con-
tendere: & nimio metu perterriti. Antonii
auxiliū flagitabāt: At ille ostio propinquās
ad cōsolādos fratres ne timeret. atq; vt i
de recederēt: precabatur. trepidātibusq;
afferebat a demonibus incuti metum. si-
gnate vos inquiens. & abite securi: istosc⁹
semetipso sine deludere. Itaq; illis re-
uertentibus hic remanebat illeſus: nec
unq; in certamine lassabatur. Acceden-
tium eum augmenta profectuum vel de-
penes se abscondēret. puniret⁹. **L**ouēcit basilia vt spōsum recipiat. dicit se illa regē regum habere spōsum: q̄ est xp̄o fili⁹ dei. Et cū hec dixisset: gladio trāffossa ē. **T**ēti sta tim p̄thus et iacinct⁹ trabunt ad tēplū: s̄ orōne illis faciētib⁹. simulacra iouis ad qđ ducebantur sacrificare cecidit ad pedes eorum. et ita āminutū est. vt vbi fuerit nō pareret: **N**on virtute diuine. sed magice artib⁹ imputans: iubet eos decolari nice- tius yrbis prefectus. Qui etiam acquisi- tam ad se eugeniam: cepit de magicis arti bus ab ea flagitare sermonem. **A**t illa cōstanter os suum aperiens dixit. **P**ollice/ or tibi. q̄ ara nostra vebementior magis est: nam magister noster habet patrem si- ne vlla matre. et matrē absq; patre. **D**eni- que sic eum genuit parer. vt omnino semi- nā nūc sciret. sic eū genuit mater vt ma- sculū omnino nō nosset: hic ip̄e habet vro rem virginem. que illi quotidianū filios cre- at etiāz īnumerabiles ei filios parit⁹: quo- tidie carnem eius carnisbus coniungit. Os- cula eius circa ea z sine intermissione soci- antur. in amore suo iuicē omnino pudar. et tanta ītegritate subsistunt: vt omnis vir- ginitas. et omnis caritas. et oīs integritas ex eo: ū cōiugio dirimatur. **A**udiēs hec ni- cētius obstupuit. et ne ad imperatōrē perue- niret q̄ eam libenter audiret: iussit eam ad templum duci diane. et ita spiculatori- minens dixit ei. **R**edime vitā tuā. patri- moniū tuū eugeniam: et sacrificia vē dia- ne. **T**unc beata eugenia expandēs manū suas: cepit orare ac dicere. **D**eus q̄ cordis mei archana cognoscis: q̄ virginitatez me am sinceram in tuo amore fūasti: qui me filio tuo dño meo ihsu xp̄o sociare dignar- es. q̄ spiritu sanctū tuū ī me regnare fecisti adesto mihi nūc ī confessione noīs tui. vt cōfundant̄ oīs q̄ adorāt̄ hoc ydolū. et qui gloriant̄ ī simulacris suis. **E**t dum oraret sit terremot⁹ ī codē loco. et ita tēpli ipsius fundamenta mersa sunt cum ipso idolo vt nihil aliud remanserit. nisi sola ara q̄ su- it ante ianuam tēpli. ad quā stabat sancta eugenia. **H**ec in insula licaonie gesta sunt

cozā oīb⁹ q sequebātur agonē eugenie fit
cōcursus populi romanū: r varia acclama-
tio. Alii dicūt inoētē. alii magā. Nunciaē
ista pfecto. pfect⁹ igatori. Impator eaz iu-
bet ligari sarto. r p̄cipitari i tyberi: s statiz
sacū disruptū ē. Itā vō eugenia ita sedes
supfluviali aque efferebat. vt oīb⁹ xpianis
appareret illū fuisse cū eugenia in flumine
ne absozberet. q fuerat cū petro in mari ne
mergeret. Hē ide sublata i thermap⁹ seue-
rianap⁹ fortacib⁹ mittif. q sic statī extincte
sūt vt thermap⁹ calor refrigescet. r oia i-
cedia lignoz ad nibilū dvenirēt. Sic dñi
q̄ chāos fecerūt. vt ylterius exhiberi non
possēt. M̄titi post hec i custodiā tenebra-
rū. r p̄ decē dies iubet nullū cibū accipe: r
lumē penit⁹ nō videre. Ibi autē tāt⁹ quo
tidie abundabat splēdor. vt dū egredere
btā eugenia: q̄si lumē aliqd radiaret. Ap-
puit aut illi saluatoz. serēs i manu panē ni-
uci cādorū: r imense suauitatis r grātie: r
dixit ei. Eugenia accipe cibum de manu
mea ego sūl saluatoz tu⁹ quē tota mētis ani-
mi intentiōe oilexisti r diligis. Eodē die te i
celis recipiā: quo ego dscēdi ad terrā. Et
hec dices abscessit: Ipso autē die natal⁹ dñi
missus ē gladiatoz qui eā i custodia positz
pcussic: r sublatū ē corp⁹ ab anfibus chri-
stianis. r posicū est non longe ab vrbe via
latina i predio eius proprio: vbi multo⁹ sā-
ctoruz ipsa sepeliat membra. Claudiā
autē mater eius. cū ad ei⁹ sepulchrū fleret
apparuit ei vigilanti in medio noctis silē-
tio. auro texta cyclade induita: cum multo
pplo virginū. r dixit ei. Haude r letare qz
r me introduxit rps in exultationem san-
etop⁹: r patrem meum i patriarcharum
numerum. Ecce die dominico. r te suscipi
et in gaudiuū sempiternum. Comēda filiis
tuū fratrib⁹ meis custodiare signaculz cru-
cis: r efficiant nři p̄ticipes. Ecce loquente
eq̄facta ē claritas quā oculus sifferre nō
poterat: r angeli transeuntes hymnū dice-
bant deo. ienarabilib⁹ vocibus. hoc solū
stelligebat. q̄ nomē ihu xp̄i r spirit⁹ sācti i
ipsius laudibus resonabat. H̄lia r honor
p̄n r filio r spiritui facto: r nūc r sep: r i se-

cla scloz amē. Finit vita beate Eugenie
Incipit p̄fatō amphilogii epi yconii: in vi-
ta r conuersationem sancti patris nostri
Basilii archicesarec capadocie episcopi.

Olectissimi non erati
filios fideles: patris contristari
defunctione. r lachrymam ei dare iustum
quemadmodum vsque nunc omnes con-
passibiliter tulimus. Postquam autem
lamentationis caliginem: fm qd̄ scripū ē
amouimus. r ad ḡificā nos postulationez
apud omnū verū deū nr̄m admouim⁹. ne
cessariū credimus memorabilia r vera ac
maḡ miracla ipsi⁹ pris r magistri nři basi-
lii scripture tradere: vt n̄ temporali pcussiōe
obliuionis p̄fūditati tradātur. Trib⁹ sig-
dē sacratissimis r mirabilib⁹ viris: gregorii
riū dico in theologia decoz: r gregorium
mirabilem nysensis ciuitatis: sed r effrem
beatissimum. aliis aliter epytaficis sermo-
nibus vīz fulgētibus: vīsum est r mibi tā
q̄s abortiuo vt aplice loquar i manibus ha-
bēti: ab eisdez venerabilibus viris editas
narrationes: q̄ his defuerūt supplere. vt fi-
deli filio patri debitū reddēti. Si enī sc̄it
nubes ocētare sole: multofacili⁹ temporalis
pcussio bonis enarratōib⁹ obducere nouis
obliuionem. Ergo quomodo magnus pa-
stor n̄ r resonatus i orbe celestī virtutū
collocutor. ac angelicop⁹ ordinū commini-
ster: magniloquius ecclesie predictor. soli
da ortodoxorum dogmatum columnā: na-
turā rex existētā exp̄ssit: inimicū trinitatis
eiecit videlicet iulianū apostataz: vagē-
tis os blasphemū obstruxit: arrianoz de-
bellauit malā gloriā: xpianop⁹ plane coro-
borauit rectā gloriā: pastoz acgsit⁹ ecclie
pp̄s: regale sacerdotiū: circumornat⁹ ouīū
xp̄i aries. diuine siedei doctor glōsioz: r vi-
ues: r post trāsitū magnis splēduit miracul⁹
lis: r oratōe eius sicut dicitū est: facta est iu-
lianī dei edibilis: extollētis i altū cornū: r
loquētis aduersus deū iniustitiā: quomo-
do valēs ipsius auunculus apprehēdens
idigne iperiale purpurā: r arrianoz male
glie patron⁹ venit ad eam: q̄ apud nos est

Prima pars

Cesaris: illustrē ciuitatē cōquirēs tū būius
modi p̄scens tēpus narrabo. **S**ed ad p̄posto-
tū reuertamur: ex nativitate ei⁹ v̄sc⁹ i⁹ finē
virtutes ipsi⁹ enarrātes. **A**xplici⁹ p̄fatio.
Incepit narratio. **D**e ip̄e q̄ būus basili⁹ do-
ctrie vacauit t̄ auerſiōe magri⁹ sui **E**uboli

Basilius itaq⁹ solus
vt sic dicā: i⁹ terra eglez t̄ decētez
ōndit vitā opib⁹ t̄ verbis diuina sapientia
vitā ḥponēs: oia xp̄o dās. sed t̄ aīaz atque
corp⁹ necnō fīmonū man⁹: qđē gētīle erro-
rē: sicut aranee telā dirupit. **H**ic septenīis
fact⁹. daī a genitorib⁹ litteris. vacās autē
doctrinis gn̄quēnīo fructū acq̄uisit multā
philolophalē disciplinā: dulcedimi nature.
Deinde relquēs patriā: capadōr⁹ enī erat
natione: apprehēdīt matrē verboruz athe-
nas. **L**astitiae t̄ multa abstinentia decorat⁹
adīt p̄ceptorē grecor⁹ sapie noīe eubolū:
t̄ sic seip̄sū dedit doctrinis amīrādis. etiā t̄
magri⁹. factiq⁹ sūt ip̄i⁹ scolastici. gregori⁹
us magn⁹ nazāi postea fact⁹ ep̄s. q̄ t̄ apo-
stolice sedis gubernacula i⁹ duo t̄ decē āno-
ruz pgubernauit tpa: iulianus etiā a paruo
christian⁹ atcq⁹ libani⁹. **I**s aut̄ ab oīb⁹ vir-
amīrālus. posuit in corde suo nibil sumere
panis t̄ vīni: donec supna. pudentia stelle
xerit diuine sapientie archana. **M**orās q̄q⁹
i⁹ doctrinis q̄q⁹ t̄ decē ānis: omnēq⁹ gre-
cale philosophiā p̄currēs. i⁹ fine astronomi-
am. ac optima q̄q⁹ colligēs t̄ nullaten⁹ īne-
nire valēs p̄ ipa oia creatorē. iyna noctiū
vigilāte eo diuin⁹ quidē splēdor fidei accē-
dit eum plustrare tot⁹ religiōis scripturā.
Surgēs ergo abiū i⁹ egyptū. Et accedens
yni archimādritarū porphirio noīe. suppli-
cauit sibi dari libros sacros: ad comp̄fessio-
nē diuinor⁹ dogmatū: **Q**uod cōsecut⁹ inā-
sit ibi delectas meditatiōi diuinor⁹ sermo-
nū: t̄ aqua ac herbis se enutriēs. **A**nnuali
vero ip̄e ibidē cōmorās. t̄ verbū veritatis
fidei p̄siderās p̄mās: scrutās veritatis ser-
monez: **S**icq⁹ postulauit dimitti se hicro-
solymā oratiōis gratia: t̄ que ibi sūt viden-
di miracula. **J**ā autē supero rās illū: vim
sūt cū. **G**leniēs nāque vbi grecor⁹ philo-

sophiaz didicit. cepit p̄suadere multis phi-
losophis t̄ multitudini gentiliū. atque af-
ferre christo ostendens eis viā salutis. que
rebat nihilominus t̄ suis preceptorēz eu-
bolū qui erat opinatissimus verbi: ad re-
tributionēz in ipsuz laboris asserre imacu-
late fidei. sicut se bene currentē ad eā: oēs
etia⁹ euz sicut magistrus sequebantur. qui
philosophiaz sectabantur. **Q**uerēs autem
illuz per omnia eruditioria. iuuenit illuz i⁹ su-
burbano. conquirentez in sermone cu⁹ ce-
teris ph̄is. **D**oc enī erat apud illos festina-
batur aut dici quid aut audiū. plus noui.
disputante ergo eo reprehendit euz super
ueniens basilius. **E**t hi qui cum illo erant
rep̄hēdit. quis inquiunt: te o philosophē?
ipse autē ait. **A**ut de⁹ aut basilius. **R**eco-
gnoscens igitur basiliuz. coessentes sibi di-
misit eubolus. t̄ coherere basilio. tribusq⁹
dieb⁹ scibati permanētes cōquirebantur
adiuuicez. **I**nterrogauit ergo eubolus ba-
siliuz dicēs. **Q**ue est diffinītio philosophie?
Qui ait. **P**rima diffinītio philosophie: est
meditatiō mortis. **I**lle admirāt̄ dixit. quid
ē mundus? **Q**ui ait. **Q**ui ē sup mundi. **E**t
dulces qđē sūt mūdi fīmōnes: amarus aut̄
valde illi mūdūs. q̄ eū continet viciose. **E**t
altera ē voluptas corporis. t̄ altera inco-
porce nature: t̄ sīl hec coēscē cuidā nō dī
cītis est. **N**emo enī potest duob⁹ dīmīs fui-
re. **V**erūtāmē vt virtus ē. frāgim⁹ elūrē-
tibus panē scie: t̄ p̄ maliciā itectos p̄ vir-
tute ducim⁹ subiectū. **S**i aut̄ t̄ nudū yide-
mus. circūamīcīmūr: t̄ vt p̄pī seīs nō de-
spicimus. **D**ec dicēs. t̄ exacuēs eū paboli-
ce. saluatoris q̄ erga nos ē clementia. per
penitentiāz tres catibinos mēti. p̄posuit iye
stibulū cogitatiōis. Supliminare quidē
portaruz. virtutē adducentē prudentiam.
virilitatez. iusticiā. castitatez: que autē sū-
nistra p̄te suasionē. in vīraque vero parte
cius ſtēperantiaz. libidinē. ebrietate. ipu-
dicitia. legniciā. criminatōē. linguosita-
tez. incantationez. t̄ qđdaz taliuz examen
penitentiāz aut̄ decenter stantē: Intremē-
tez. subridentez. lenez. aduersarios quidez
increpantez. prop̄ioruz aut̄ idigentez popu-

lorum: luxta eā uero abstinentiā intellectū
lenitatem: venerabilitatem: timorem: cle-
mentiam: et multoꝝ bonoꝝ plebe: ipsiꝝ hi-
storie mens diuina cautela: audiētibꝝ aut̄
zeloz meliorum occasio. Hec ego ipse vi-
dens benigne factus sum: et isto ductus sū
o eubole: Hūt enī in nobis non imagines
neq; enigmata: s; i p̄a plane h̄itas ducens
ad salutem. Resurgemꝝ ei oēs hiꝝ vitam
eternā: et hiꝝ opprobriū et confusione eternā
et astabimus tribunali christi. sicut docent
nos magni vocibꝝ pphete. esaias. bieremi-
as. ezechiel. daniel et dauid rex: atque di-
uiꝝ paulus pꝝ illos: Ip̄e ei p̄nie dator. et
ip̄iꝝ retributiōis dñs: q; ouē q̄sinit pditam
et apostolatā puer ex pris sinu cū mltis diu-
tiis. et seipſu pdige et sumētem: et postea re-
vertente. fame afflictū sincere aplexarꝝ ē
et veste splēdida ornauit. ac anulo iduit p̄/
cioso: suadetibꝝ peccati pueru seuiēt. sicut fri-
idulgētā dare. Iste ī uido dñs p̄ualens
benignitate: qui equalez mercedem circa
undecimā horā veniētibꝝ tribuit: et nobis
penitētibꝝ ac suscipiētibꝝ ex aqua et spū sa-
ctore regeneratiōez. dabit enī que ocl̄s n̄ vi-
dit. et auris n̄ audiuit. et ī cor bois n̄ ascēde-
rūt: que p̄parauit deꝝ diligentibꝝ euꝝ. His
exfensi fac̄ eubolus dixit. O basili ce-
lestis demonstrator trinitatis. p te credo
ī vnu deū patre omnipotētē: et deinceps ys-
q; expectās resurrectiōis mortuoꝝ. et vitaz
seculi futuri amē. Ego aut̄ ī hoc q̄ ī me est
ostēdi tibi. q; oia que mibi sūt in manꝝ tu-
as dās. reliquū tēpus yite mee tecū ero:
si placitū ī cōspectu dñi fuerit suscipiēs ex
sancta aq; et spiritu regeneratiōi. Basilius
dixit. Benedictus dñs deus noster: amo-
do et vīg ī seculi o eubole. q; splēduit lucē
verā ī mēte tua: et trāstulit te d̄ mltimodo
errore. in agnitiōis ipsius misericordie. quia
vero: vt dixisti: mibi coesse vis: ostēdaꝝ ti-
bi quomō saluti nostre „uideam“. vincu-
lis istiꝝ yite nos liberantes venūdemꝝ oia
que nobis sunt. et demꝝ idigentibꝝ. et sic in
sacra ciuitatē babeamꝝ: ipsi visuri que sūt
ibi miraculoz et apud deū acgramꝝ fidu-
ciā: et sic vterq; que eoꝝ erat dispēsanteſ

ad sacerdū baptisma indumenta tñ ex ipſis
ementes. hierosolymā ibant: conuertētes
ad deū gētiliū mltitudinē magnā. Quo
mō eubolus baptizatus est in iordanē.

Hīs prehēdentes autē
hieroſolymā. et omnem locū sac̄ fide et
amore requirētes. et ipſis locis q̄ ē super
oia deū adorātes: manifesti fūt ep̄o ciui-
tatis noīe maximino. Et se ei p̄sternētes:
postulabāt ſequi regeneratiōez in iorda-
nis fluuiō diminā. Quos vidēs idē vir san-
ct̄. plenꝝ cū effet benignitate. adimpluit
postulatiōez eoꝝ. et ſimul cū fidelibꝝ viris
venit ad iordanē. Basiliꝝ aut̄ iuxta ripas
fac̄. piecit ſe ī humū. et cum lachrymis et
clamore forti postulabat ſignū reuelari
eiꝝ ſidei. Resurgēſq; cū tremore despolia-
uit ſe yestimētis suis et cū ipſis vere yetu-
ſto hoſe: et defcēdēs ī aquā orabat. Descen-
dēs aut̄ ſacerdos baptizauit eum. Et ecce
fulgor ignis venit ſup eos. et colūba ex eo
dē fulgore venit ī iordanē et turbās aquā
reiuolauit ī celū. Aſtates aut̄ ī tremore fa-
cti glorificauerūt deū/baptizat̄ ho basiliꝝ
exituit de aq. Admirās qz maximinꝝ ep̄os.
basiliꝝ ī deū dilectōez. orās yestiuuit eū re-
ſurrectōis xp̄i idumētis. baptizauit autē et
eubolū atq; vngēs eos sancto crismate.
tradidit illis viuificā omunionē. Postula-
uitq; basiliꝝ dei ſacerdos p̄ orōne ſumere
cibū: qđ et fecit dicēs. Ihu xp̄e deꝝ noster
credo euāgelice tue voci. et ſpero ī tua be-
nignitate: comedēs et bibēs et tra egredien-
tē nobis diabolū. coopationē nobis ſacti
spirit̄ fieri. Stupēſho ſacerdos dei ī fide
eiꝝ: reuersus ē cū ipſis ī ſactā ciuitatē. An-
nuali aut̄ tēpore inibi morātes. cōmuni-
ſētētia yenerūt antiochīa: et ibi gradū di-
aconiſſucepit. Quō basilius ep̄iscopus
factus: missam composuit: et ſaluatorē
noſtrum cum apostolis ſanctis vidit.

Onueniētes ergo cer-
eporū. sci-
spiritus coopatōe. elegerūt basili-
um ad ep̄iscopatus ſedem et consecratuſ
gubernabat ecclesiam dei prouidentia.

Prima pars

Post quoddam autem tempus postulauit deum: ut daret illi gratiam et sapientiam atque intellectum: propterea sermonibus offerre in sanguinem sacrificium illi et venire super eum sancti spus aduentum. Post dies vero sex sicut in extasi scus: propter aduentum scilicet spus septima die apprehendente: cepit ministrare deo per singulos dies. Et post aliquot tempore: fide et ora tunc cepit propria manu scribere ministratorem mysteria: atque in una nocte adueniens ei dominus in visione cum apostolis: propositionem panis facies in scio altari excitavit basilium dicentes ei. Secundum dum tuam postulationem repletus est os tuum laude ut per proprios sermones offeras mihi sanguinem sacrificium: Qui non seres oculis visione surrexit cum tremore. Et accedens ad sciam alterare: cepit dicere: scribes in cartha sic. Repleatus est os meum laude: ut hymnus dicat glorie tue: domine deus qui creasti nos: et adduxisti in viata hanc: et ceteras orationes sci ministerii. Et post finem orationum: exaltauit panem sine iter missione oras et vicens. Respicie domine iesu christe deus noster: ex scio habitaculo tuo: et veni ad sacrificandum nos: quod sursus patri tuo consides et hic nobis insensibiliter coes: dignare potest in manu tua tradere nobis: et per nos omnem populum tuo: scilicet scientiam plus reddit. Unus scus unus dominus noster ihesus christus: cum scio spus: in gloriae dei partis amem. Et dividens panem in tres partes: unum quidem comunicant timore multo: alterum autem reseruauit sepelire secundum: tertium vero iponem coluisse auree quod pependit super altare. Eubulus signum et cleri principes statuerunt ante portas templi: viderunt lucem intelligibilem in templo: et viros gloriosos candidas vestes habentes: et audientes vocem populi glorificantis deum: basiliumque cernentes altari astante: stupescerunt in visione ceciderunt in facies suas: glorificantes deum. Exeunte autem basilio prostraverunt se ad pedes eius. Interrogauit autem causam adoratorem: et prout eorum: quod rettulernerent ei admirabilem visionem quam viderunt in templo. Tunc basilius gratias agens sine intermissione domino propter eum admirabilitatem: vocauit aurifex fecit collubam ex auro puro: atque in ipsam depositum: ut diximus portionem: pedem eius super sciam mesam: in figura illius secum colubam: quod ap-

paruit ei in iordanie domino baptizato. Hoc actum factum exorsus est sermonem solatorem: dice: re ad populus. Et congregata est multitudo infinita ecclesia: inter quos erat et magnus abbas essem: de quo postea narrabimur: quomodo ex diuina ostensione visor: scus est beatissimi patris nostri Basili. De hebreo qui vidit istam partem in manibus Basili temporis sacrificii.

Qui quidem ministerio illo agente: hebreus quidam se sicut christianus populus consuevit: officium ministerium et munera explorare volens: vidit istam partem in manibus sancti basilii. Et communicatis oib[us]: venit et ipse hebreus: data quod est ei hostia haec caro secum. Inde accessit ad calicem sanguine repletum et ipsi secum est particeps: atque ibi virtusque seruans reliquias abiensque in domum suam ostendit visori sue ad confirmationem dictorum: et narravit quod propterea oculis viderat. Credens ergo ut vere: quod horribile et admirabile est christianorum mysterium: in craftino venire ad basilium: postulas se sine dilatatione accipe quod in christo est signaculum: basilis autem secus non deserens: sed consuetam eukaristiam voluntati salvare offerens: baptizauit eum cum omni domo sua credente domino. De quodam negante christum scripto suo: proprio cirographo

Lladins autem ipsius sanctissime memorie visor et minister factus ab eo perfectorum miraculorum et successor sedis post obitum iam dicte memorie apostolice basilivir mirabilis et virtute decoratus: enarrauit mihi quia senatus quidam fidelis nomine prothierius: abiit ad sanctam et venerabilem locam: et ibi filium suum consecrare: ac in uno de bene actione: nalibus domibus monasteriorum mittere atque sacrificium deo offerre volens. Sed ab initio homicida diabolus inuidens divinam voluntatem mouit unum de servis suis et ictedit ad puerum amorem. Is es cum fuisse huiusmodi iehoatidis indignus: et non audebat appropinquare ad positum alloquitur unum ab hominandoz incantatorum: mittens se: si meruerit dominari ipsius puerum multam auri tribuere ei qualitate. Malo: sic ho-
mo

rit ad eū. **H**o: ego i istud non p̄ualeo. Sed
 si vis mitto te ad meū procuratorez diabo
 lum. et ipse p̄ficiet volūtates tuaz. Qui ait
 ad euz. **N**e cunque dixeris mibi faciam
 Et ait ad euz. **A**brenuncia xpo in scripto
 dixite ei. **E**t iā. Iniquitatis aut̄ operator dī
 cit ei. Si i isto patre extiteris cooperator
 tibi fiā. Qui ait ad eū. paratus sū: tantū ut
 sequar meū d̄sideriū. **E**t faciens maligni
 tatis magister eplaz ad diabolū. misit eā
 ad illū habētē sensū istū. **Q**m̄ quidē mi do
 mine et procurator oportet me a xpianoz
 religione abstrahere. et tue adducere volū
 tatiꝝ multiplicē ps tua. misit tibi hūc qui
 p̄ites meas desert litteras. cupiditate i pu
 ellā exarsū: et postulo eū actionē istā seq̄ut
 et i isto glorier et cū m̄lta alacritate ḡgregē
 placidiores tuos. **E**t dās eplaz dīxit. vade
 fūntalē horā noctis sta sup monumētū gē
 tilī: et exalta carthā i aerē: et astabūt tibi q d
 bent te ducere diabolo. Qui alacriter hoc
 facies iaciant miserā vocē. iuocās diabo
 li auriliū. **E**t continuo astite ūt ei principes
 p̄tāstenebray: spirituali. i negt̄ et apphēdē
 tes errantē. cū gaudio magno duxerunt
 eū ybi erat diabolus. **E**t ostēderūt ei ipsū
 sedētē i sede alta: et i circuitu ei malignita
 tis spūs stātes. **E**t suscipiēt missas a male
 ficio litteras. dixit ad mis̄n. **C**redis i me: q
 ait. **C**redo. **E**t abnegas xp̄m tuū: q r̄ndit.
 abnego. Dicit ei diabolus. **P**erfidi estis
 vos xpiani. **E**t quādo qdē me op̄ bētis tūc
 venitis ad me: q̄s aut̄ sequimini d̄sideriū
 vest̄. negatis me: et acceditis ad deum ve
 struz q est benignus ac clemētissim⁹. et susci
 pit vos: et sac mibi māū scripēt xp̄i tui et ba
 ptismatis abrenūciatōe volūtaria. et q i me
 ē i sc̄la volūtaria p̄fessio: et q̄a mecū sis in
 die iudicij. et delectas mibi i p̄paratio eter
 nis tormentis: et ego statī d̄sideriū tuū adim
 plebo. Qui n̄spōsuit p̄pria manu scriptū.
 sic q̄s fuerat. **S**tati aut̄ alarū corruptor
 draco tortuosus. misit illos q sūt sup fornī
 cationē d̄mones: et iſlāauerūt duellā in
 amore iuuenis. Que p̄scies se i trā: cepit
 clamare ad patrē. **V**iserere mei miserere
 mei mi pater: q̄d̄ dire torqoz ppter talē pu
 erū nost̄: **V**iserere v̄sicerib⁹ tuis. ostēde
 i vñigenita tua paternū amorē: et coniūge
 me puerō nro quē amo. **S**i aut̄ nō vis hoc
 facere. videbis me p̄ modicū amara mor
 te moriētē: et finōne dabis. p̄ me deo i die
 iudicij. **P**at̄ aut̄ ei cū lachrymis dicebat.
Heu mibi pccōri. qd̄ uenit mīke filie mee
Quis meū thezaux furat̄ ē: **Q**uis meā
 iquimanit filiā? **Q**uis dulce lumē oculorū
 meoz extixit? **E**go celesti te volebā nube
 re spōso xpo. et angeloz cohabitaticē con
 stituere. et i psalmis et hymnis et canticis spi
 ritualib⁹ deo canere festinabā: et per te sal
 uari sperabā. tu autē in amorez lasciuia
 tis iſanisti. **S**ine me sicut volo despōsare
 te dō. ne ducas senectūtē meā cū tribula
 tione ad iſeros: neq̄ nobilitatē pentū tuo
 rū confusione opias. **I**lla aut̄ pro nibilo re
 putans q̄ a patre dicebantur: instabat cla
 mās. **P**ater mi pater mi. aut̄ fac desideriū
 meū: aut̄ post morientez me videbis. **P**a
 ter ergo in magna defectione factus. ac i
 mensurabilitate tristis absortus. ac ami
 coruz oſiliis credulus. horātiū ei deferre
 volūtatez eius: aut̄ seipſā exponere cōcre
 dens pater. precepit fieri d̄sideriū puelle
 ne extiali se traderet morti. **E**t adduxit q̄
 situz puerū. ac propriā filiā: dansque ei oēz
 substantiaz sua. dixit filie sue. **V**lade filia
 vere misera. **M**ultū enī plāges penitēs i
 nouiss mo: quādo nihil habes pſicere. **I**n
 quo ergo coniugio facto. et diabolica faci
 norositate completa. ac modico trāleunte
 tēpore: designatus ē a qbusdā puer non in
 troire ecclesiā. neq̄ app̄epinquare infor
 talibus et viuificis mysteriis: et dicunt mi
 sere cōiugi eius. **D**cis q̄z yir tuus quē ele
 gisti. non est christian⁹: sed peregrin⁹ fidei
 et alien⁹. **T**enebraruz et dolorose plague re
 pleta. prosternit se in humū. et cepit discer
 pere seipſā ungul̄ suis et pcutere pectus ac
 clamare. **N**emo nō obediens pentibus sal
 uis fuit vñq̄. **N**uis annūciabit patrī meo
 meaz conūfisionem? **H**eu mibi misere. in
 quātā profūditatez p̄ditiōis descendit. **L**ur
 nata iuz. et nata continuo raptā nō sui **I**sta
 ergo lamentari eam dīscens erratissimus

Prima pars

vir eius : accurrit ad eā cōtēdēs nō haberī ita veritatē. Illa autē i cōsolationē veniē / te suadilibus ei⁹ sermonibus dixit ad eū: Si vis mibi satissacere et misere aie mee: crastina ego et tu vñanimiter eamus ad ec clesia: et corā me participa icōtaminatoruz mysterioꝝ xp̄i: et sic satissacta ero. Tūc co act⁹ dixit ei sentēiā capituli. Continuo de pones illa muliebrie iſfirmitatē et ſiliū bo nū ſiliā illi: cucurrit ad pastore et ad discipulū xp̄i ſc̄m basiliū: aduersus ipietatē cla mas. Misere mibi. miserere mei sancte dei miserere mibi discipule dñi: quē cū de monib⁹ causaz egi. Misere mibi miserere pprio patrī nō obediētē. Et docet eū rep̄ gestaz ordinem. Sc̄us autē dei vocās puer: ſc̄ilitatus est ab eo: si iſta in hunc modū ſe haberēt. Qui ad ſc̄m dei cū lachri mis ait: etiā ſc̄e dei ſi ego filuero: opa mea clamabūt. Et enarravit ei etiā ipſe a pri cipio vñq̄ i ſinē ſequētē: diabolī malā ope rationē. Tūc dicit ei ſc̄us basilius. Vis re uerti ad dñz dēū nřz? Ad quē puer. Utiqz volo: ſed non valeo. Dicit ei ſc̄us ſquarez. Respōdit puer. Scripto abnegauit xp̄z et pfeſſus ſuꝝ diabolō: dicit ei ſc̄us. Nō ſit ti bi cure. Benignus est enim deus noster: et recipiet te penitētē: cōpati etiā maliciis no ſtriſ. Et iactā ſe pueſla ad pedes ſc̄i euā gelice depeſata est ei dicēs. Discipule xp̄i dei nři: quantū potes adiuua nos: dicit ad puerū ſc̄us. Credis ſaluarī: qui ait: Credo dñe. adiuua i cōrēditatē meā. Et continuo apprehēdēs manū ei⁹. faciēq̄ ſignū xp̄i i ip̄o: et orās recluſit eū in vno loco interio ſacri periboli. Et dās ei regulā. collabo rabat ei ꝑ tres dies. p⁹ q̄o viſtauit eū: et dicit ei. Quō bēs fili⁹: dicit ad eū. In mag dñi ſū defecde. Sācte dei nō ſero clamores eoꝝ: et terrores ac iaculatōes ſeu lapi dationes eoꝝ: tenētes manu ſcriptā meā. cauſan̄ me dicētes. Tu venisti ad nos: nō nos ad teſt dicit ei ſanc̄. Noli timere fili tñi crede. Et dās ei modicā eſcā faciensq̄ ſup eū xp̄i iteꝝ ſignaculū: ac orās recluſit eū. et post paucos dies viſtauit eū. et dicit ei. quō habes fili⁹. Dicit ei. pater ſācte a lō.

ge clamores eoꝝ audio et minas: ſi ſi video eos. Et iteꝝ dās ei eſcā. et orās claudēſq̄ ſuſtū: abiit. Et q̄dragēſimo die rediit: et di cit ei. Quō habes frater mi⁹? Rūdeno di cit ad eū. Nō habeo ſācte dei. vidi enī te bodie i viſu pugnātē p me: et vincētē dia bolū. Mox ꝓ ſanc̄ ſi ſuetudinē faciēs oratōeſ eduxit eū: et adduxit eū i dormito riū ſuſtū. Vane autē factō vocauit clep ſa crū. et monasteria: et oēm xp̄i amabilē po pulū. et dixit eis. Filioli mei dilectissimi: oēs grās agam⁹ dño. ecce enī ouē pditaz debet pastor bon⁹ i hūeris ſuis reportare et offerre ecclesiē. quapropter debituē et nos vigiliā ſacere nocte ac poſtulare ei⁹ beni gnitatē: vt nō corrūptor animaz vincat etiāz in hoc factō. Et alacriter populo ag gregato. per totam nocte poſtulauerunt deuſ eūz bono pastore eūz lachrymis cla mantez pro eo. Kirie leifoni. Et mature cū omni multitudine populi accepit sanctus puerum. et tenens dexteram manū eius ducebat illū i ſanctā dī ecclesiā: cū psalmis et hymnis. Et ecce diabolus omnium feli nans i tristez vitaz cum oī pernicioſa vir tute adueniit: et iuſiſibiliter apprehēdēs puerū. conabatur rape eū de manu ſacti. Et cepit clamare puer. Sācte dei adiuua me. Et tanta instantia ip̄o⁹ aggressus est vt etiā memorabilē viruz copelleret trahens pueruz. Lōversus ergo ſanct⁹ ad dyabolū dixit. Improbissime et alaruz corrūptor. pa ter tenebraz et perditionis. non ſufficit tibi tua perditio qua te et eos q̄ ſub te ſunt affe cisti: niſi etiāz et dei mei temptes plasmat. Diabolus autē dixit ad eum. Preiudicas me o basili. ita vt plurimi ex nobis voces audirent demonuz bec dicentilū. clamāte populo kyrileyson. Sāct⁹ autē dei ait ad illum. Increpet te dñs diabolē: qui repon dens ait ad eū. basili preiudicas me. Nō ego abii ad eū: ſi ipſe venit ad me. Abne gauit xp̄m ſuum: et mibi pfeſſus ē. Ecce et manu ſcriptā habeo: et in die iudicii ad cōmūnē iudicē eū dico. Sāct⁹ dei dixit. Benedic⁹ dñs de⁹ me⁹ nō deflectet po pulus iſte man⁹. Ó altitudine celi: donec red

das manu scripta. **E**t cōuertē se dixit populo. Erigite manū vras i celū clamantes cū lachrymis kirie eleysō xpē eleysō kirie/ leyson. Et stente populo i horā mltā extē/ sas babētē manū i celū. ecce manu scripta pueri p aerē delata. et ab oib⁹ vila venit et ipsoita ē manib⁹ memorabilis pris nostri basilij. Suscipiēs at eā et grās agens deo. gauisus facit ē valde: et corā omī pplo di- pit ad puep: Lognoscis literulas bas fra- ter? Qui ait ad eū. **E**t iā scē di manu scrip- ta mea ē. **E**t dirūpens manu scriptā sact⁹ basili⁹ pdixit eū ad eccliaz: et dignū fecit factō misterio et cōmunioni mysterio xp̄i. **E**t faciēs suceptoz magnā: refrigerauit oēz pp̄lin. **E**t ducēs puep ac istruens. seu dans ei reglaz deceitē. reddidit cū mulieri ei itacibili ore glorificante et laudatē deū amē. De muliere cui pēccāp oroez bneuit

Mulier quedā diuinit̄
vis et nobilitate ornata et ceteris
vite isti⁹ vāis misstratoib⁹ supereuata: q̄si
viduitate cōpletēs: idecoroſe vfa ē prāte
castrimargie et pdigalitati sēp iseruiēs. ni-
bil placidi dō possidēs: sed porcoz more se
sceno voluptatis iuoluēs sero qn̄qz fz dis-
pēlatoz dei ad mētē rediēs. imēsurabilita
te suoz delictoz illuiāta filēter sola cogi-
tabat: et mltitudine peccatoz suoz flebili-
ter suspirās dicebat. Deu mibi peccatrici
et prodige. quō me excusabo de actis deli-
ctis meis. Tēplū spūs sācti corrupi. et aiaz
i corpore habitatē pollui. Deu mibi abie-
ctissime. Putas dicā me sicut meretrice
anteriorē: an publicanū: s̄z nemo sicut ego
peccauit: maxime post sc̄m baptisma. Quō
ē certa ero: q̄ penitētē suscipiet me de?
Et hec cogitatē ea. q̄ oēs vult saluare et ad
agnitionē venire veritatio: i mēte ei misit
diuinetute vloz̄i senectutē pētā sua scribe-
re i cartha. Que pscripta nouissime oūum
scriptis: quod erat ei maximum peccatuū:
et plumbo signauit eā. **C**ōsiderās autem tem-
pus opportūnū: quādo sanctus basilius ad
suetas oratoes ibat ad sanctā ecclesiam
cucurrit clā: et piecit cartham secus pedes

ei⁹: et sup faciē factans seipsam clamabat
dices miserere mei sancte dei sup oēs pec-
catrici. **S**tas autē btūs xp̄i familius: scisci-
tabat ab ea causaz doloris. Que ait. Ecce
dñe oia pētā mea seripsi i ista cartha et ini-
gates: meas: et sigillati eas. **T**u autē san-
cte dei sigillū ne ammoueas: sed tantū per
orationē tuā ea dele. Qui enim dedit mibi
tale cogitationē: omnino exaudiet te p me
postulatē. **P**agnus autē basilius: tollens
carthā et respiciēs i celum ait. Dñe tibi soli
est opus istud. Qui enim mudi p̄t m tollis
et vni⁹ aic istius facili⁹ delere potes p̄tū
omnia enim nostra delicta numerata sūt a
pud te. misericordia autē tua innumerabilis
et iuestigabilis ē. **E**t hec dices: strat ecclia
tenēs carthā: et prosternēs seipsū et ponens
carthā secus altare māsit et omnez vigiliā
orans: et crastino per omne sc̄m mysterium
deprecās deū. **E**t post cōpletione sanc-
to rūz misteriorū. vocauit mulierez secrete
astantibus paucis clericis: et ostendens eis
carthā dixit ad eā. **A**udiisti mulier: quia ne
mo p̄t dimittere pēcā nisi solus de⁹. Que
dixit. Audiui sc̄or: et per hoc admoui te ad
intercessioez misericordissimi dei. **E**t hec
dicens soluit carthā: et iuenta est tota iscri-
pta. māsit autē magni peccati. scelestū opus
nō deletū. **V**ides autē mulier. pusillanimis
effecta ē: et percutiēs pectus suū manibus
cecidit ad pedes episcopi clamās miserere
mei serue dei altissimi. et quē admodū pro
omnibus iniquitatibus meis certasti: sic et
pro ista postula et omnino delebitur. **A**r-
chiepiscopus autem lachrymatus est: pro-
pter indulgentiaz dicens. **S**urge mulier.
quia et ego peccator suz: indigens indulge-
tia. Qui deleuit tua peccata quanta volu-
it potens. est tollere et istud a te: qui tollit
peccata mundi. **S**i custodieris amodo nō
peccare et vias domini ambulaueris: non
tantum indulget tibi: sed et gloria digna-
eris. **V**ade ergo ad beremuz: et iuenies vi-
ruz sanctū et nominatū i omnibus nomine
essē. **I**sti da carthaz: et postulans placabit
deū p̄o te. **M**ulier autē concite a san-
cto ad beremuz cucurrit: et transiliens lon-

Prima pars

gitudinez vle ad predictū sibi locus magni
beremite peruenit: **E**t pulsans ostiu^z cla-
mabat dicēs miserere mei sancte dei. Qui
presciens propter quā causā astiterit: dixit
ei. vade a me mulier. qz hō peccator su^z: i-
digens et ipse auxiliū. Illa aut̄ proiecit car-
thā dicens. Archieps basilius misit me ad
te. vt orans ad deū deleaf iniquitatē meā
que ī ipsa cartha cōscripta iacet. Ceteras
oēs ipse scūs orās deleuit: tu autē pro vna
noli pigritari dprecari deū. Ad te enī mis-
sa su^z. Non filia non. Qui enī pro multis
pualuit placare deū: et p vno poterit plus
me. vade ergo et noli stare: vt cōprehēdas
eū aī eius trāstū. Mūlier autē concite a
sancto effez reuersa est cesareaz: et intran-
te ea in ciuitatē obuiavit corpus portanti-
bus sancti basili. **E**t videns cepit clama-
re volvens se in humo: et causabatur cum
sancto dicens. Deu mibi misere. beu mibi
sancte dei. propter hoc misisti me ad here-
mūz vt īmolestatū a me transire: et ecce
in acta reuersa su^z: inuanum pertransiens
pelagus vie. videat deus. et iudicet inter
me et te: quia placare potens deuz ad alte-
ruz me misisti. **E**t hec clamās proiecit car-
thā super feretru^z: subtiliter enarrans de
causa omni populo. Unus autē de clero
volens videre quale peccatum esset: tulit
carthā: **E**t absoluens inuenit eam super
totuz inscriptam: et clamauit voce magna
dicēs ad mulierem. Inscripta est cartha o
mulier quid laboras nesciens in te factam
clementiam? Multitudino ergo videns
āmirabile miraculū gloriificauit deuz qui
redit potestate hominibus super terrā di-
mittere peccata: dans etiā gratiā suis si-
uis et post morez sanare omnē infirmitatez: et
omnē languorez: sed et peccata fide acceden-
tiū dimittere. De ioseph hebreo iter serī bi-
storie. Dic ioseph egregi^z in arte medicina-
lis discipline valde probatus. simul et illu-
stris euz fuisset in ipsa peritia sumaz scienc-
tiaz habebat tactu eius vene prescire cau-
te ante tres vel quinque dies. si quis de-
beret de his transire tumultibus: ad meli-
orē stabilitatez. Inuidiosuz autē multū

dine medicoru^z dei fer parer noster basili-
us ex diuino splendore presciens. q̄ debe-
ret dari ei diuini baptis̄mi donum valde
amabat euz et assidue ad colloquiu^z voca-
bat illuz docens euz regiaz viaz salutis et
veritatis abulare. postulabatque illuz di-
scendere de polluta religione: et p baptis̄mū
iduere xp̄m. Qui n̄ argescet dicens. q̄
ī side qua natu^z sū. i ipsa et finiaz. Sanc^z
autez dei dixit ei. Crede ioseph: nec tu nec
ego de istis transibū tumultibus. donee
renouet te dñs meus iesus xp̄s. per aquaz
et sp̄m. sine istis enī sp̄ possibile est introire in
regnū celoz. Nunquid et patres tui nō ba-
ptizati fuerunt in nube et mari. et liberaunt
ex spiritali sequenti eos petra. Petra aut̄
erat christus. Qui in nouissimis diebus
ex virgine incarnatus. et propter nostram
salutē hūanatus: et mirabilia agens passus
ac p patribus tuis crucifixus et sepultus: et
tertia die resurgens in celuz ascēdit. et sedet
ad dexterā patris: et veniet ī multa gloria
cū angelis suis iudicare viuos et mortuos
et reddere vnicuiqz fm̄ opa eius. Impossi-
bile est ergo: sicut dicitū est: omnē boiez in
regnū dei introire. nisi per aquā et spirituz
et participationē viuiscop̄ et incontamina-
torū mysteriorū corporis et sanguinis iesu
christi. Et talib^z oratiōib^z pbat^z operari^z
dei cultor colloquebas cū eo: ipse autē nō
audiebat euz. Quādo vero pspēravit de^z
qui segregauit euz ex vtero matris sue. su-
scipe eū sancti spiri^z gratiā: debēs sacer^z de
bis trāsserri tumultibus durit cū occasiōe
ad se medicialis discipline: et dicit ei. Quo
modo vides que erga me sunt? ille a tactu
vene sentiens virtute cius mortez īmine-
re: dixit ad domesticos ipsi^z: que ad sepul-
turaz sunt indumenta preparate. iste enī
pene moritur. Dicit ei magnus basilius.
Nescis quid dicis. Dicit aī euz ioseph he-
breus. Crede dñe: sol cū sole occidet hodie
Et dicit ei saner^z. Et si non morior vsq; ad
matutinū. quid? Dicit hebreus. Nō ē possi-
bile dñe hoc fieri. vix enī vna hora erit aī
tua ī te. Sed dispone iaz ecclesiaz tuam et
res tuas: non enī obscurabit dies bodie in

re. Dicit ei sacerdos. **E**t si vixeris i crastinum
visq ad horam sextaz. qd facies? Qui ait.
Ego moriar. Dicit ei sacerdos. Etiā vt mori
aris peccato. viuas aut i xpō tuo: dicit ei
hebreus. Scio qd dicis: t facio iussionem
tuam. si sicut dicas fit. **C**ū iuramētis horri
bilis? pmitēs. qz si vixerit di discipulus
oīno accipe saceri spirit? gratiā. dei cultor
pater noster postulauit deū. additōez vi
te dari sibi: vt illū hebreū saluaret. misit g
sacerdos mane: t vocat hebreū. Qui diffi
dens aduenit putas oīno eū mortui: t vi
deno illū viuētē i stupore fact? ē. t pūci
eno se ad pedes ei? dixit. i vero corde di
co. nō ē de? magn? sicut xpianoz. t nō est
de? ampli? eo. Nego g xpē odibile religio
nem indecorum: t accedo fideliter veritati
xpianoz. ubi ergo sine dilatōe dari mibi
in xpō signaculū. t sanctū baptismū: t toti
domui mei. dicit ei sanctus dei. Ego ma
nibus meis baptizo te: t omnem domum
tuam. Procedens ergo iterum medicus.
t tangens dexteram manum eius. dixit
eū ilassen facie sunt virtutes tue domine. t
natura ualde defecit. Dicit ei sanctus. Ha
dem? nature creatorē fortantē nos. Et
surges venit i sanctā dei ecclesia: t corā oī
pplo b aptizavit eū cū tota domo ei?: vo
cans nomē illi? iohes. Cōmunicās aut eū
viuiscis misteriis. assūpsit eū t duxit in
dormitorū suum. dans ei escā: t docebat
eū q sūt eterne vite: adiiciēs eūz ouili suo
cū mulierib? t filiis nouiter electū militē
medic? aut sequentib? dieb? prāsibat bñdi
etōales domos: t dabat donatā sibi ð me
dicina pecunia: t qd ei erat residuū. Et cir
ca horā non s stetit magn? p m̄ basilis? ad
ministeriū misse i sancta ecclesia simul eūz
electis cleri: t ciuitatis capitaneis: t iteruz
cū ipisis panē. dimisit eos: instruens t oscu
lans eos i osculo scō. t nouū christi militez
cōmēdās etiā t oēs dñō: atque dispositaz
sibi consepelire supsit tertiaz partez: que a
dño data fuit ei cōmunionis: t recubens i
lecto gratias egit extēse dño t do nostro. I
peregrinatiōe a corpore. t fide medici. t ad
duc gratiē cū esset i ore eius reddidit dño

spiritus. t additus est principibus sacerdo
tūz. predicatorib? quoque magnis. magni
verbi tonitruū. **V**ides aut ex hebreis si
delis medicus. qui sicut dixit hō dei t ma
gnus p̄ceps sacerdotū basili?: sic t requi
euit: cadens super pectus eius cuz lachry
mis. dicebat. vere serue dei basili. si nō vo
luisses: nec modo mortuus fuisses. **T**rasti
na autem congregata est multitudo. t du
xit honorificus corpus eius qui vicit mate
rialē istationē i sanctā ecclesia: cū omni
oblatione aromatiū t thymiamariū sepeli
entū. **A**udiēs autē gregoriū nazāti epus
currēs t ipse aduenit: t vidēs honorificus
corpus. p̄cidit sup illud. **E**t lamētans mul
tū ad orationē hortabat populū. i hymnis
t cantici spiritualibus: cū decēti honore
gloriosaz memorā magni sacerdotis face
re simqz cōcurrētib? duodeci epis. t mul
titudine ciuitatis: deposuerūt eū i archaris
mū marmoreū. i tēplo sancti t gloriosi mar
tyris isichii. ybi t leonci? an cū ep̄s cū ce
teris dormit. **R**egeuit autē angelicā vi
tā i tra agēs magn? basili?. mēse ianuario
die prima: quito año iperii valētis t valē
tiniani: memorā sue vite dreliquēs ecclie
q ē k̄ opationē scī spūs i scripta cū eo i ce
lesti libro: t glīa t laudē dñi nři ihu xpī. cui
cū p̄fē ē glīa sil t scō ac yinifico spū: nūc t
semp t i scīa seclor̄ am. **E**xplīcit vita bea
tissimi bassili archiepiscopi cesarie capado
cie. **I**ncipit vita sancti patris Effrem.

Fratres enarratio

Enem volo facere de basilio memo
rabilis t effrem syro que sunt apud deum
t p̄fē nřo visore: que etiaz de sancto t non
mentiente ore eius audiui: **E**st autem sic.
Effrem memorabilis cū cēt i beremo qua
dam splendore spūs scī illustrante: ydens
quēdā de amatoribus eius: t interrogatōe
discēs mirabilia opa p̄ris nostri bassili: sine
intermissione postulabat reuelari sibi qua
lis esset magnus basilius. **O**n extasi ergo
factus: ydit columnam ignis cuius caput
pertingebat celū: t vocē desuper dicentē
audiuit. **E**ffrem effrē: quēadmodum vi-

Prima pars

disti columnā istaz ignis tal' et magnus est basilius. Et continuo accipiens interpretez, eo q̄ nesciebat loqui grecas linguam venit ad magnaz ecclesiaz magni nominis cesaree capadocie puenīs i ipsa sancta fuitate sancte theophanie t̄: strās clam vidit procedentez i ecclesia magnū basiliū et dicit sequēti se. Inuanū laborauim⁹: vt su spicor: frater. Iste enī i tali ordine cum sit non est quēadmodū vidi. videntur euū induitū stola candida. et qui circa euū erant sacz clerū candidiserū. Et procedente eo strās i loco occulto ecclesie. desperabat pro buismodi materia dicēs secū. Nos q̄ por tauim⁹ pōdus dici et estus. nihil sc̄cuti sumus. et hic i tali cū sit stipatiōe et honore bu mano. columnā ignis est. Miror valde. Ita igī eo sic loquētū sancius basilius archidyachonuz suū dicens. Vade circa portā occidētālē: t̄ i angulo ecclesie iue nies abbate eff̄em. habente cucullā. cū al tero quodā cū parua barba pusillū et cetera de vultu ei⁹: t̄ dices ei. Jube. intra presbyteriuz: vocat te pater tuus archiepūs. Et dicēs dominus effrem per interpretē que dicebantur respondit dicens. Errasti frater: nos peregrini sumus. Et abiens archidyaconus: retulit beato basilio ista. Magno autē basilio sacros libros legente. videns sanctus effrez linguaq̄ igneaq̄ loquentez per os eius. Et dicit sanct⁹ archidyachono. vade t̄ dic ei. Domine effre iube intra sanctū presbyteriū: Obstuپuit ergo i nī sanctus effrez gloeiscās deuz. et genu flectēs respōdit dicens. vere magnus basilius: hec colūna ignis. vere spiritus sanct⁹ loquitur per os ei⁹. Postulauit aut̄ archidyaconū excusare se: t̄ vt magis post ministerium in secretario salutaret euū. Intrans itaque post cōpletionez ministerij basili⁹ magnus in secretarium vocavit sanctum effrē: t̄ i domino salutationē reddidit ei dices. Bi⁹ veisti o pater filioz heremi. bi⁹ vēniisti q̄ multiplicasti discipulos xp̄i i ipsa remo: t̄ demones eminalisti i xp̄o. In q̄b⁹ labor tu⁹ pater veisti videre pccōrē hoiez. de tibi de⁹ mercede fm̄ labore tuū. Et re

spondens ei honorificentissimus effrem et perdicens omnia que in corde eius erat colenda simul cum coessente suo abbatem communicauit de sanctis manibus eius et faciente eo caritatem: dixit sanctus effrez Pater honorificentissime: vnam postulo gratiam a te: annue eam dare mibi. Qui ait ad eum. Jube t̄ dic que videntur tibi. Multa enim de beo maxime pro labore tuo ad meam presentiam. Dicit ei bonorificentissimus effrem. Scio pater sancte quia quantacunque postulaueris a deo tribuet tibi t̄ volo vt depreceris dominum quatenus loquar grec. Qui ait. super virutem meaz postulasti. Sed quia fideliter petisti. veni pater honorificentissime. t̄ bēremi magister. postulemus dominum. post enim facere voluntatem tuam. Scriptum est enim. Voluntatem timentium se faciet. et deprecationem eorum exaudierit et saluos faciet eos. Et facientes orationem in multaz horam resur gentibus eis: dixit magnus basilius. Uer domine effrem. non accipis ordinationem presbyteri: quia de cet te. Dicit ei per interpretē sanctus effrez. Quia peccator suz. Respondit ei sanctus. Utinam peccata tua ego habuisssem. et dicit ei. Electamus genua. Et iacentibus eis in humo. posuit manum suaz in sanctum effrem magnus sacerdos: t̄ dixit ei que sum dyaconi. Et dixit. iube. surgere nos fac. Aperta ergo lingua eius: dicit sanctus effrem greca lingua. suscipe salua. miserere. et custodi nos deus gratia tua. Tunc impletum est quod scriptum est in prophetā. Tunc saliet claudus sicut ceruus: et ap̄ta erit lingua mutoz⁹. Et loquente eo grece in ipsa hora: glorificauerunt deuz omnipotentem et exaudientem postulationem deprecantium et timentium se. Et spiritu litter letantes per tres dies. atque ordinatis sanctus sacerdos interpretē in dyaconē ipsum vero beatum effrem in presbyteruz dimisit eos in pace: glorificantēs deum in oibus que audiētū et viderunt. sicut locut⁹ ē ad eos. Finis vita beati patris Effrez. et per̄sequēs liber prius vitaspatp